



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Annales Ecclesiastici**

Incipiens ab exordio Imperij Arcadij & Honorij Augustorum, Anno Domini  
CCC. XCV. perueniens vsque ad CCCC. XL. continet annos XLV. ita  
dispositus, vt commodè sextus tomus à S. Leone Magno Pontifice Maximo  
inchoetur

**Baronio, Cesare**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Iesv Christi Annus 411. Innocentii Pap. Annus 10. Honor. 17. Theod. 4.  
Impp.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14566**

LXXXV

CAUSA PAULI CVM III. OICORO.

LXXXVI

CAVS RE SERVATI PR. DE. S. I. DII EPI. SCOPIS.

LXXXVII

IN RES QVERE. LA. DE. CV. RH. LI. TIVM. S. E. CV. LA. LIVM.

bens, hanc ait: Ego & volo, & ne scitis mihi divina est, ut legem putem, quicquid ibi vultis, ut in vaticinibus. & inferius: Quicquid statuerit, hoc multitudine inflantur, obediencia enim vita est, & mori inobediencia. Tanti quidem estimatus est recens Episcopus, ut in dextera ferretur seniorum Episcoporum.

Vertebat enim tunc inter vicinos Episcopos Paulum atque Diodorum eiusmodi controverfia. Irrentibus barbaris in Cyrenem cum suis, Paulus collem occupat natura minimi, ubi que vbiageret, domunculam ibi statim in Ecclesiam consecrat, inferens illic altare, & in eo celebrans sacrificium: quo acta locum illum sibi vendicare putavit, contradicente Diodoro, sub cuius diceffus locus positus erat. Sed Synesius in Paulum sententiam tulit, non exultans eam ob causam locum Deo esse dicatum, ut ad profanum usum redire non posset. Nam hoc (inquit) locum non sanctificat: alioquin omnes montes & omnes vales Ecclesie essent, & nullam monitionem effugeret, ut non publicum esset, in quibus omissis, cum hostes praevident, praesens & mystica sunt. Quot vero domos per impia Arianorum tempora praesens & mysteria susceperunt, & nihilominus sine piratae &c. hanc & alia plura Synesius in Paulum pro Diodoro.

In causa vero Lamponiani, qui ob illatas in Iasonem iniurias excommunitatus fuit, quom idem iudicat, illas iniurias Ecclesie antiqui mortis, quosdam atrociores casus Episcopos minores non absolvet, sed referat illos primae sedis Antistitum auctori de ipso Lamponiano: Quamquam (inquit) & lacrymas ex parte sua effuderit, & populum super illum exasperat: at ego in his, quae visa essent, perseverans solvendi vero potestatem ad sacrum sedem remisit. Tantis igitur mihi ipsi permissis, si appropinquaret Lamponiano debui saltem, ipse vita exivit, ut non sine dolo confiteretur: adeoque videtur: omnibus permittitur auctori praesens, ut cum ipso communionem participarent. Ne non enim ligatus mihi in auctoritate. Verum sanctorum restituitur, tunc ubi eadem rem sit, & a divina anima sua venia assensum expevit. hanc Synesius ad Theophilum Alexandinum Episcopum, & nobis hic posita ad antiquos ritus in iudiciis Ecclesiasticis referandos. Ipse vero Synesius de se ad ipsum Theophilum hanc in fine: Postremum ora pro me; orabam enim pro deo & omnibus desero & egente eiusmodi cooperatione: ita ipse verus pro me ipso loqui ad Deum. Omnia enim mihi in contrarium cedunt propter temerariam & periculo obnoxiem se audaciam, quod homo in peccatis, forsam ab Ecclesia peregrinum educatus, alieno vultu ductu institutum altera Deo contigit, hanc Synesius, quibus videas, quantum animi demissione polletet.

Obibat autem ipse naiviter Ecclesiastica negotia: in quibus curis feliciter sibi a Deo exultimabat, si non & seculare negotiis obnueretur. Hinc illic a se ipsis in quere relis tentent: Cuiusmodi vultum cum sacerdotia coniungere, est velle ea, quae simul versari non possunt. Praesens, scilicet tunc est dem sacer dotes & iudices. Nam & Aegypti & Aethiopiae genti multo tempore sacer dotes Reges habuerunt. Deinde (ut mihi videtur) cum divinum opus humano more pergeretur, summi Deus vita conditiones, & alius sacerdos & alius dux effectus est. Alios enim ad materiam dexte, alios sibi ipsi collocauit. Ordinarum autem est, ut illi quidem in rebus negotiis, nos autem precibus versaremur. Quod vero bonum est, ab ambobus exigit Deus. Quis igitur reducat? Quis separata a Deo, coniungere conatur, qui neque vult gubernare, sed vult saltem gubernare, experit? Quare quid fieri miserius possit opus est illi Praesens: ut ad procuratorem legum Republicae, Opus habes aliquam rem Deo ite ad sacer dotes dicitur. Et paulo post: Non condanno Episcopos, qui in rerum negotiis versantur, sed ignam me ipsam vix in theatrum pervenire, admiror eos, qui vironque possunt. Mea facultas non est duobus dominis servare. Si vero sunt aliqui, qui neque a conscientia ledantur, poterunt sane & sacerdotio fungi, & civitatum Praesens esse. Radix Sola etiam si cum sacer dotes conuersabitur, parum manet, & non conuincatur: Ego vero si hunc hanc fecero, fontibus & mari opus habeo. Hanc & alia plura ad sui exultationem in Synodo Synesius, cum ab Episcopatu missionem peteret, quam in annum sequentem relicimus, hanc vero satis hic de Synesi ordinacione & administratione praegustat.

I E S V C H R I S T I  
Annus 411.

INNOCENTII PAP. HONOR. 17.  
Annus 10. THEOD. 4. IMP.

SEQUITUR ordine temporis annus Domini vnde-  
cimus post quadringentesimum, nullo Occidentali Imperij signatus Consule, quod afflictata nouis esset Gothorum cladibus & aliorum in diuersas prouincias gratulationibus barbarorum in Romana Republica: in Oriente vero, vbi tanquam illor esserunt status, ipse Theodosius Imperat. quatum adit Consulatum: Quo Alarico Gothorum Rex iam traicere in Siciliam exercitum frustra tentans, repentina morte occupatur apud Conuentum: de cuius obitu & sepultura hanc apud Iohannem Diaconum, ab aliis non suo nomine Paulum nuncupatum a. Inter haec Alaricus dum deliberaret, quid ageret, apud Conuentum subita morte defunctus est. Gothi basentiam annem de alio suo captiuoram labore deriuantes, Alaricum in medio alio cum multo epibus sepelant, amneque metui proprio reddentes, ne qui locum sine possent, captiuos, qui inter fuerant, extingunt. hanc ipse. Sozomenus hanc de Alarico ait, eum ante obitum inita cum Honorio pace, ab eo declaratum fuisse totius duccem exercitus: subdique: Cum pro consuetudine Principum ex processu quopiam cum reuenteret Imperator, audita morte Alarici, statimque descendens, publice gratias Deo nuncupatis precibus egit, quod esset infidiatore manifesto liberatus. Ad haec hanc idem auctor Miscellae.

Regem deinceps Athaulphum Alarici affinem Gothi constituentes, Romam redeant: si quid residuum fuerit, more locustarum erant, auferentes exinde Galliam Placidiam Theodosi Primi filiam, sororem Honorij, quam sibi Athaulphus apud Forum Cornely coniugio sociat: qua multo post Republicae commoda fuit. nam ad hoc mariti animam acerrimo ingenio, subitibus blandimentis inflexit, ut vitro a Romano pacem exereret. hanc ipse, at de posteriori hac Vrbe inuasionem apud nullum alium me legitur meminisse. Orosius autem tradit, in ipsa Vrbe inuasionem sub Alarico Galliam Placidiam ab Athaulpho captam: Zosimus & alij ipsam ante sub Alarico custoditam ferunt. Ceterum diuina id factum dispensatione, quo extremam Imperij cladem auerteret, idem auctor affirmat. Nulla igitur defuncto Alarico clades ab Athaulpho Alarici successore Vrbi illata penitus reperitur: imo ei in optatis fuisse, Gothorum exercitu Romanum Imperium in splendorem pristinum relinere, idem Orosius testatur his verbis: Is (ut saepe audimus, atque viximo exitu eius probatum est) sibi studiose scellator pacis, & Metare fideliter Honorio Imperatori, ac pro defendenda Romana Republica impendere vult: Gothorum praecipitur. Nam ego quoque ipse virtum quendam Narbonensem, illustri sub Theodosio militia, etiam re legio sum prudentemque & grauem apud Bethlehem oppidum Palaestina, beatissimo Hieronymo presbytero referente, audiu, se sanctissimum Athaulpho apud Narbonam fuisse, ac de eo saepe sub restitutione didicisse, quod ille cum esset animo, viribus, ingenioque nimis, referre solitus esset, se in finem ardentem indidisse, ut obliuato Romano nomine, Romanum omne saltem, Gothorum Imperium & sacret & vocaret; effectusque (ut vulgariter loquar) Gothia, quod Romania fuisse fieretque nam: Athaulphus, quod quondam Caesar Augustus. At vix multa experientia probauisset, neque Gothos illo modo parere legibus posse propter essentiam barbariam, neque Republica interdum leges oportere, sine quibus Republica non est Republica, elegisse se saltem, ut gloriam sibi de relinendo in integrum, augendo Romano nomine. Gothorum viribus quereret, habereturque apud posteros Romanae restitutionis auctor, postquam esse non poterat inuictator. Ob hoc affluere a bello, ob hoc inhiare paci inebat. praecipit Placidiae vxori suae summa sane ingenio acerrime, religionis satiu probare, ad omnia bonarum ordinationum opera, per sua & consilio temperat. Quomodo autem cum dolo suorum, idem Athaulphus hanc meditatus, interfectus fuerit, suo loco dicemus.

ALARICI  
OBITU.

a Paulus  
Diac. lib. 13.  
b Sozom. l.  
c. 12.

c Paulus  
Diac. l. 13.  
II.  
ATHAULPHVS  
REX  
GOTHORVM.

d Oros. lib.  
7. c. 40.

e Oros. lib.  
7. c. 49.

ATHAULPHI  
REGIS  
CONSI-  
LIVM.



III. DONATISTAE EDITI AD COLLATIONEM.

Hoc eodem anno Carthagine in Africa celebrata est famosissima illa Collatio inter Catholicos & Donatistas...

1 August. in Breui. Col. lat. di. 1. 4. 5. TEMPVS COLLATIONIS.

IV. MARCELLINVS INDEGENESSIMVS NONALISTVS.

Constat insuper Marcellinum, quo demulceret refractarios Donatistas, suo edicto quo eos vocauit, sine iussione Imperatoris reddidisse basilicas Donatistis...

2 August. ad Donat. ill. in post. Collat. 6. 11.

V. DONATISTAE EPISCOPVS SCIPVS GARTHAGINENSIS.

Sicigitur convocati inquit ipse a congregantur ex vniuersa Africa tot Episcopi Donatista, ingrediuntur uoque Carthaginem cum tanta speciosi agminis pompa...

VI. IACTANTIA DONATISTARVM.

Cum autem superiores Catholicis numero essent, ad euitandam tamen ostentationem, non vna simul, vt Donatistae, sed seorsum singuli Carthaginem ingressi sunt...

dem aperte demonstrat sanctus Augustinus, qui de suis Catholicis affirmat, praeter noneros superius centum o...

1 August. in Breui. Col. lat. di. 1. 4.

Cum igitur vtraque pars Carthaginem conuenisset, antequam vno confesso colligerentur, Marcellinus alius...

1 August. in Breui. Col. lat. di. 1. 4.

Cum enim eodem edicto Marcellinus eos omnes ad monuisset, pars vtraque scriptis prodere, verum place...

1 August. in Breui. Col. lat. di. 1. 4.

VIII. CATHOLICORVM EPISCOPVS NYMPHOMISSVS.

1 August. in Breui. Col. lat. di. 1. 4.

IX. 1 August. in Breui. Col. lat. di. 1. 4.

CATHOLICORUM  
HUMANITAS ERGA  
DONATISTAS.

in hoc etiam Donatistis, vt ipsi omnes in locum conuen-  
tui praedictum ingrederentur; quod se tamen mandatis  
eius parere paratos dicerent, vt non amplius, quam decem  
& octo in locum sint ingressuri. Rursus etiam illis dem  
r, causam ipsam infirmitatem, nempe ne forte ex persona  
Principis Collationem indicentes & cogentes Episcopos  
suboriti possent iniuria) ostendentes ex diuina Scriptura  
praescripto id funde pique usurari. Extant itaque prio-  
ri litterae ad Marcellinum datae, ab ipso sancto Augusti-  
no in Gestis cum Emerito recitatae, hic autem repetendae  
ad declarandam Catholicorum in omnibus exhibitam ad  
d. speros colligendos clementiam, contra vero fuisse ha-  
reticorum atque schismaticorum coevis ferrea & obsti-  
nata in omnibus perniciam. Sed priusquam hic eas  
a te dandis litteris; quae fuerint ibi omnium Catholicorum  
Episcoporum pro concilianda pace sentenda, hic enarra-  
dam est.

Aug. de  
de Gestis  
cum Emer-  
ito.

X.

Aug. lib.  
de Gestis  
cum Emer-  
ito.

XI.

LITERAE  
CATHOLICORUM  
AD MAR-  
CELLI-  
NUM.

Aug. de  
de Gestis  
cum Emer-  
ito.

XI.

LITERAE  
CATHOLICORUM  
AD MAR-  
CELLI-  
NUM.

Aug. de  
de Gestis  
cum Emer-  
ito.

XI.

LITERAE  
CATHOLICORUM  
AD MAR-  
CELLI-  
NUM.

que enim in eis diuina sacramenta veritatis, sed commota huma-  
ni detestatur erroris. Quibus sublati, fraternum pellicis comple-  
ctemur Christiana nobis charitate coniunctum, quod nunc dolemus  
discissione diabolica separatum.

Poterit quippe vnusquisque nostrum, honoris sibi scio copu-  
lato, viciis sedere eminentibus; sicut Peregrino Episcopo, iuxta non-  
sulentem collegam, hoc cum alterius basilicis vtriusque conceditur,  
vtrique alterius cum honore nuncio praesentis: quia vbi praece-  
prio charitatis dilatare i corda, possessio pacis non sit angusta: Vt  
vno eorum desuncto, deinceps iam singulis singulis pristino more iu-  
cedant. Nec nouum aliquid fiet: nam hoc ex ipsius separatio-  
nis exordio, in eu, qui damnato nefaria discissione errore, vnitatis  
dulcedinem vel sero sapuerint, Catholica dilectio custodiunt. Aut  
si forte populi Christiani singulis deleantur Episcopo & duorum  
consortium inuitata verum facit tolerare non possunt; vtrique de  
medio discedamus: & Ecclesiam singulis, damnata schismatis causa  
in vnitatis pacifica constituta, ab his singulis in Ecclesia singulis an-  
nuentibus vnitatis facit per loca necessaria singulis constituantur E-  
piscopi.

Quid enim dubitem. Redemptori nostro sacrificium istius hu-  
militatis offerre: An vero ille de calce humana membra descendit,  
vt membra eius essemus? & nos, ne ipsa eius membra crudeli diui-  
sione laedantur, de cathedris descendere formidamus? Propter nos  
nihil sufficientius, quam Christiani fideles & obsequentes sumus.  
Hoc ergo semper sumus. Episcopi autem propter Christianos po-  
pulos ordinantur. Quid ergo Christiani populi ad Chris-  
tianam pacem procedit, hoc de nostro Episcopatu faciamus. Si stani-  
viles sumus e; cuo Domini aeterni iuris pro nostris temporibus  
indulgentibus inuadimus? Episcopatu dignitas fructuosior nobis  
erit, si gregem Christi disposita magis collegerit, quam retenta di-  
sperdit. Nam qua fronte in futuro saeculo promissum a Christo spe-  
rabimus honorem, si Christianam in hoc saeculo noster honor impe-  
dit vnitatem?

Hac propterea praesentia tua scribenda curamus, & vt per-  
te innotescant omnibus, postulamus, vt in adiutorio Domini Dei no-  
stri, quo a iamento haec promittimus & quo adiuuante implere pos-  
se confidimus, etiam ante Collationem (si fieri potest) corda homi-  
num vel infirma vel dura pro charitate aut lenet, aut edomet: ac si-  
tam pacificis mentibus non resistamus manifestissime veritati, & di-  
scussionem nostram vel precedamus concordiam, vel sequamur. Ne-  
que enim desperare debemus, si recolamus esse pacificos beatos, quo-  
niam ipsi filij Dei vocabantur, multo dignius & facilius eos velle,  
vt pari Doctri vniuerso omni Christiano reconcilietur quam vniuer-  
sus orbis Christianus a parte Donati relapsus: cum praesertim  
de Maximiani sacilego & damnato schismate venientes, quos et-  
iam terrenarum praesentium iustitombus inuestigando emendare cu-  
rauerunt, tanta diligentia quaesierunt, vt nec baptismum ab eis da-  
tum resistere auderent; & quosdam eorum damnatos, sine ulla  
honori diminutione susciperent; quosdam vero in illius discipulo-  
na societate impollutos esse censent: quarum inter se concordia  
non incidemus, sed eos oportet aduertere, quem pietatum a se fra-  
ctum tanto studio radeo Catholica inquirat, si tam ipse similiter  
a se paruum fragmen incisum sic colligere laborant. Ecce alia ma-  
nu: Optamusque, si in Domino bene valere. haec quidem Catho-  
lici ex priuata ipsorum inter se Collatione Carthagine ha-  
bita, quam nominauerunt Concilium; ex quo etiam man-  
datum scriptum est, quo i feruere septem illi, qui causam  
publicam acturi essent.

Post haec vero acceptis a Catholicis hinc & aliis litem  
ris Marcellinus, ne conon que responderant Donatistae; no-  
uo rursus promulgato edicto, ea omnia, quae pars vtraque  
relectis perat, populo significanda curauit: eo nimirum con-  
silio: quo sequens populus Donatistas, probe scdetet quas  
honestas & minime recondandas Catholicae conditiones pa-  
cis obtulissent, si illa dura oblatione resisterent, ipsi in  
transactam cum eis penitus agerentur. Haec tamen vero  
que Collationem praecesserunt.

Die autem ad Collationem habendam constituta ad-  
ueniente, omnes in locum conuentus, in ipsas Thermas  
Gargilianas ingressi sunt Episcopi Donatistae, inter quos  
primum locum tenuit Primitianus Episcopus Carthagine-  
sis partis Donatistarum. At qualis hic, quamque ad ineun-  
dam concordiam male paratos accesserit, ex illis accepe, quod  
cum conuentus primum a Catholicis fuit de Collatione

XII.  
QUANTA  
CATHOLICI  
SPON-  
DEANT.

XIII.  
MIRA  
PROMPTI-  
TUDO CAT-  
HOLICORUM  
IN PAGESAN-  
CIENDA.  
C. LAC. 17.

XIV.  
EX PACTO  
SVO COM-  
VINCENTI-  
DI DONA-  
TISTAE.

Aug. de  
de Gestis  
cum Emer-  
ito.

XV.

LITERAE  
CATHOLICORUM  
AD MAR-  
CELLI-  
NUM.

XVI.  
DE PRIMI-  
ANO EPI-  
SCOPO  
DONATI-  
STA CAR-  
THAG.

facienda.

*a Aug. in  
Brevi. Col-  
lat. di. 2. c. 4.*  
*b Aug. Re-  
tract. lib. 2.  
c. 17.*  
*c Aug. Re-  
tract. lib. 2.  
c. 19. & lib.  
contra duas  
Gaudentij  
epist.  
d Aug. c. 17.  
deus epist.  
luc. Gauden-  
ti lib. 1. c. 27.*

facienda, ista prostrat ore rotundo verba turgida: Indi-  
gnum est, ut in unum conveniant si qd Martyrum, & progenies Tra-  
ditorum. hæc tunc ipse. Primum namque hic locum in-  
ter septem illos ad disputandum delectos tenuit præroga-  
tiva sedis inter quos etiam nominatus habetur Emeritus b  
Episcopus Cæzareæ Mauritanie eiisdem partis Donatista-  
rum: ceterus fuit Gaudentius Episcopus Tamugadensis, ut  
sanctus Augustinus in scriptis, quibus eum exigitavit, af-  
firmat duas ille adversus Catholicos postea dedit Episto-  
las, de quibus suo loco dicendum. Quartus adnumeratus  
Pestilianus, Donatistarum discretissimus: quem supertrivi-  
se Collationi, quæ adversus Gaudentium Augustinus d  
scripsit. fidelem fuit: sed & Acta Collationis, quæ manu  
scripta Balduini citat, plures continent à Pestiliano in  
Collatione dictas sententias. Quinam autem fuerint tres  
reliqui Donatistæ ad implendum numerum septenarium  
ad disputandum electi, mihi hæc tunc incomperum; sic-  
ut & incogniti sunt septem Episcopi ad sceptrandam cau-  
santia Catholicis designati præter Aurelium Carthaginen-  
sem Episcopum, Alypium Tagastensem, & Angustinum  
Hipponensem. Sed ex Actis eiusdem Collationis, quæ  
antiquitus scripta recenset Balduinus, illud prodit, huic  
Collationi inter Episcopos Donatistas sedisse Felicem  
quendam Romanum dictum Episcopum. Et quomodo  
hoc? Ex Oratio namque superius tercio romano dictum  
est, consuevisse Donatistas qui erant in Africa, ad suos ite-  
dem Donatistas, qui in Vrbe sgerent, mittere ordinatum  
Episcopum, qui illorum curam gereret, quem Romanum  
Episcopum appellabant, sicque captiose gloriarentur Ro-  
manum Episcopum saxe ipsorum esse communionis ac  
sectæ. Sed reliqua, quæ spectant ad Collationem, profe-  
quatur.

XVII.  
*e Aug. epist.  
ad Donati-  
stas post  
Collat. in  
27. n. 10.*  
DISPO-  
SITIONE  
CON-  
SERRVET  
GERENDA  
HYM RE-  
VYM OR-  
DO.  
*f Aug. epist.  
152.*  
*g August. in  
B. cont. Col-  
lat. di. 2. c. 3.*

Locum ingressi, sic ad confessionem d. f. osti sunt, secun-  
dam ea, quæ à S. Augustino narrantur his verbis e: Electi  
sunt ex nobis & ex ipsis, septem hinc & septem inde, qui pro cau-  
sa omnium loquerentur. Electi sunt alij septem hinc & septem in-  
de, cum quibus vbi opus erat, consilium pertractarent. Electi sunt  
quatuor hinc & quatuor inde, qui Gestu conscribendis custodes ef-  
ficerent, ne infalsum aliquid ab aliquo diceretur. Dati sunt et-  
iam à nobis & ab ipsis Notarij quatuor hinc & quatuor inde, ut bi-  
nium exceptoribus iudicij sternerent; ne aliqui nostrorum se di-  
xissent aliquid causeretur, quod non fuisset exceptum. Huic tanta di-  
ligentia & illud adhibuit est, ut nos & ipsi, quemadmodum & i-  
pse Index, verba nostrum subscriberemus; ne quisquam diceret, in il-  
lu Gestu aliquid vel postea fuisse corruptum, hæc sanctus Augu-  
stinus, qui habet eadem in Epistola sex Concilio Cirten-  
si ad Donatistas. Sed & additum tunc etiam est, ut Colla-  
tionis signati Actorum codices custodirentur, ne quid ad-  
di ab aliquo posset: id quod dem ipsi Collationis Acta g te-  
stantur.

XVIII.  
*h Cassiod.  
variar. lib.  
6 form. 16.*  
*i Cassiod.  
lib. 7 form.  
17.*  
FVNCTIO  
MARCEL-  
LINI.

Ingressus itaque est Marcellinus Tribunus & Nota-  
rius in locum ad Collationem paratum. Hanc quidem  
anno superiori in Africam ab Honorio missam diximus.  
erat autem magistratus Tribunus; militarem namque hanc  
fuisse dignitatem, etiam sanctus Augustinus fradit, dum  
de Dulceto agit æque Tribuno atque Notario nominato.  
Quod insuper item Marcellinus, non Tribunus tantum,  
sed Notarius diceretur: Erant quidem Notarij Principi  
à secretis, ut declarat in Formulis Cassiodorus h: inerat  
eisdem muneri Senatoria dignitas, necnon Spectabilitatis  
honor: tali enim titulo suis literis eum Catholicus Epi-  
scopi venerati sunt, quis autem idem esset honor & titulus  
Spectabilitatis, Cassiodorus i etiam apposita formula de-  
claravit. Sed & illud adverte, eundem Marcellinum in  
Collatione illa non simpliciter iudicis, sed Cognitoris  
nomen pra. feruisse: laicis enim haud concessum fuit, in  
causis Ecclesiasticis iudicem agere. Quænam vero hæc  
esset functio Cognitoris, nos alibi diximus, & ipsa Acta  
Collationis declarant: nempe agere, quæ ad pacem ac  
quietum congressum pertinent, curareque, ne qui tumultu-  
arie, vel inordinate inter conferentes mutuo Epi co  
posageretur, neque quid per vim dolivæ malum ab al-  
tera partium moliretur, vique in omnibus pacta conven-  
ta facta tecta conferrentur: in quibus tunc dispen-

dis eidem interloquendi facultas esset, nec quidem pro  
animi arbitrio, sed quod ipsa iustitia postulasset: Atque  
demum cuius alterutrius partis potiora iura essent, præ-  
nunciare.

Sed quid Collationis diebus singulis actum sit, ex re-  
bus gestis à Notariis exceptis sanctus Augustinus summa  
brevitæ compendium scripsit, quod Breviculum nomi-  
navit: nos vero breviorum ex Breviculo summam colle-  
ctam hic de scribimus, ac primum illud ex eodem Augu-  
stino, quo animo istem congressuri fuerint Donatistæ. ait  
enim k: Qui causam bonam non se habere sciebant, id egerunt pri-  
mum quantum poterunt, ut ne ipsa Collatio fieret; & ut pro sua  
causa ipsa non egerent. Sed quia hoc obtinere minime potue-  
runt; id effecerunt multipliciter Gestorum, ut quod actum est,  
non facile legeretur. Ingressus igitur locum Collationis Ka-  
lendis Iunij, primo loco recitatum est HONORII Impera-  
toris rescriptum, quo fieri Collatio iuberetur: deinde  
suo ordine alia edicta ea de causa lata à Marcellino Co-  
gnitore in sua sunt recitari, quorum omnium nuper men-  
tio facta est: leæque simul sunt literæ Catholicorum ad  
Marcellinum redditæ, necnon quas Donatistæ eidem de-  
dissent.

Post hæc autem quaesitum est à Cognitore de electis se-  
ptem illis ad disputandum. Cæterum ne ad sceptrandum  
de causa veniretur, Donatistæ subterfugia posuere, dicen-  
tes, agendum primo de tempore, de mandato, de persona,  
de causa, ac tunc demum ad causæ meritum percurandum pa-  
tere accessum. Obiecerunt enim primo de tempore, quod  
iam præterisset illud; nam vocati erant ad conferendum  
quarto decimo Kalendas Iunij; quod igitur tempus illud ab  
Imperatore præscriptum iam elapsum esset: amplius non  
teneant, im pudenti audacia contendunt. Sed elusa est ina-  
nis tergiversatio, cum à Marcellino ostensum est, ex partibus  
vtriusque consensu ad Kalendas Iunias rem dilataam. Vides  
ex his nocturnas bestias latibula captantes, in lucem prodi-  
re timere.

Inde vero quod Donatistæ in Cognitorem oblice-  
rent, causam illam non agendam ex præscripto Fortensis  
iudicij, sed diuine Scripturæ: non aliud quidem optare  
Catholicos ostensum mandatum Concilij ad eos, qui cau-  
sam actari essent, olim datum, facile declaravit. Quo qui-  
dem mandato, inuis licet & contradicentibus Donati-  
stis, recitatio interlocutorum Marcellinus, illud consen-  
tens esse diuine Scripturæ potius, quam Forensibus iu-  
dicibus, declaravit. Recitatio igitur Concilij mandato, & sub-  
scriptio omnium, qui tunc aderant, Episcoporum  
numero ducentorum octoginta sex; calamitati sunt Do-  
natistæ, Catholicos adiecit illosuppositos homines, qui cum  
non essent, apponerentur tamen ad numerum augendum  
Episcoporum; petentes admitti & cognosci, qui subscri-  
pissent Episcoporum factum est: omnemque ingressi, de suo  
quisque nomine & Episcopatu docuit. Post hæc m Mar-  
cellinus omnibus, qui illuc causa conuentus collecti erant,  
obtulit, ut sederent; sicque causam agerent potius, quam  
stantes, quod facere renuerunt penitus Donatistæ: versa-  
bant enim ore submurmurantes illud Psalmistæ n: Oculi  
Ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebis, & illud o:  
Consilium malignantium obsidet me. Cæterum ipsum Mar-  
cellinum neq. sedere voluisse, donec Episcopi ipsi Catho-  
lici confederassent, ex Actis citatis idem qui supra auctores af-  
firmat p.

Inde vero à Cognitore iussum est recitari Donatista-  
rum mandatum, quo iuberentur à suis causam sgerere. erat  
illud quidem referent contumeliosus, dum in eo ab illis  
Catholici Episcopi Traditores & persecutores nomina-  
rentur. Iussaque sunt apposita illi recitari nomina Epi-  
scoporum Donatistarum, in quibus complures pro ab-  
sentibus inuenirentur esse subscripti: & cum ex eis v-  
nius recitatio nomine non inueniretur, causati sunt, ef-  
fesse d. functum in itinere. sed cum eidem ipsi Donatistæ an-  
tea professi essent, mandatum illud & scriptum & subscri-  
ptum fuisse Carthagine; manifestæ falsitatis & imposturæ  
coniect. sunt. Verum & ex eo quoque mendacij redarguti,  
quod

XIX.  
k Aug. Bre-  
uic. di. 1. c. 12.  
COLLA-  
TIONIS  
PRIME.  
XX.  
XXI.  
m Aug. ibi  
c. 11.  
MANDA-  
TVM CON-  
CILII RE-  
CITATVM.  
n Psal. 101.  
o Psal. 101.  
p Aug. ibi  
c. 14.  
XXII.  
DONATI-  
STARVM  
RECITATA  
TVM MAN-  
DATVM,  
DONATI-  
STARVM  
SITATIS  
CONVI-  
CTI.

quod cum antea professi essent coram Marcellino, in omnes Episcopos venisse Cathaginensium, postea vero cum à Catholicis diceretur, quoniam plures ex eis dormire non sissent dixerit detentis impedimentis, obliuiscunt, quæ dixerat, illi iactantur, ex suis multis plures non venisse, morbo impeditur, Cathaginensium. In his quæ contumpro die, duplici notati sunt Donatistæ fallitate, eius vero dei Collatione absoluta, secunda in diem prenduntur in dicta sunt.

XXIII. Sed quid amplius? Cum Catholici Episcopi differentes cum iisdem Donatistis, ex Christianæ caritatis præscripto, ad acterent ipsos Donatistas, fratres appellarent, eo quod non spernerent et hostes, sed honorarent aque amarent vi fratres; illi indignantes, nomen fraternitatis penitus respiciunt. Testatur id quidem sanctus Augustinus agens aduersus Gaudentium a Donatistam, & in libro post Collationem edito, ubi hæc verba s: *illi enim cum hoc nomen à nobis audirent, inuicem sibi fieri, apud Acta dixerunt: nec mandato nostro admouit, ubi hoc ex propheta & testimonium postulatione est reuolere poterunt, Deum præcipisse: Dicit, Fratres nostri estis, his qui vos oderunt, & qui vos detestantur: ut nomen Domini non proficeret, & appareat illa in ius conditate, ipsi autem erubescunt, hæc ubi: quibus videtur hominum arrogantiæ quæ dicitur in illis libellum.*

XXIV. Intermissio autem diei vnus spatio, rursum ibidem hndem conuenire, oblatoque à Cognitore Marcellino Donatistis confessio, imo rogante ut sederent: illi perniciter se tenentur; quod non liceret diuina prohibente Scriptura, de se lere cum impiis. Cum autem Catholici Episcopi confederissent: petierunt scriptam dari sibi Catholicorum mandatum, vt ad constitutam diem parati ad causæ defensionem occurrerent quod exhiberi iussum est. Cum autem de labentibus Actis Cognitor rogationem proponeret, & reuocarentur illi, dilationem petentes, cum frustratorum minime concedi debere diceret Marcellinus: diuinitatemque altercati sunt, rursum de elapso & præscripto Collationis tempore exceptionem præteritam reficantes: agentibus vero Catholicis, sex diebus eisdem dilatio data est.

XXV. Quibus elapsis, sexto Id. Iunias iterum conuenire. Cognitis autem cautionibus de Actis ab vtraque parte acceptis: cum Marcellinus instaret, vt causa principalis tractetur: subterfuga laci fugæ illi Donatistæ capientes, de personis primum quætionem habendam esse dixerunt, quoniam perissent ab Imperatore Collationem haberi; de his que diuinitas magna pertinacia sunt alitercari: sed lecto Imperatoris rescripto, confisit Catholicos fuisse Episcopos, qui petissent ab Honorio Collationem. At tunc ad ne detendas motas, legatorum scire velle personas, & petitionis libellum ab eisdem oblatum Imperatori exhibendum expetere: verum reiecti quidem sunt, quod nihil id ad causam spectare. In eo vero quod dictum esset, à Catholicis fu se oblatum libellum: conuenerunt e contra illi, dicentes se esse Catholicos: tunc dicit interloquendo Marcellinus, ex significatione nomen illud tunc esse, vt sonare, accipiantur: qua ab Imperatore in rescripto inueniretur expressam, quo & significarentur Catholici esse nominati aduersarij Donatistis.

XXVI. Illi vero hæc exclusi, alia vbi sunt tergiversatione: nempe cum de Catholica Ecclesia quæstio vertereque; non esse audiendos dicebant Episcopos Catholicos Africanos, qui totius Orbis communionem Catholicam gloriarentur, sine transmigrationum Episcoporum assensu, cum communis causa ageretur; ne videlicet illi passos se esse præiudicium quærentur, & irrita facerent iudicata. His aliis addiderunt tergiversationes, priores ingentis iterum atque iterum refractas. Tandem eo ventum est, vt Cognitor recitari iuberet, quæ sub Anulino Proconule gesta erant ipsi exordio schismaticis. Tunc exclamauerunt illi dolentes: *Semper inducitur in causam, quippe qui animo statum sitare tergiversationibus Ind cem Cognitorem: & nonis semper obiectionibus & assertionibus terere rempus: vnde & quærentes illa Marcellino dicitur: *Postquam ista sensum nos in causa interua dedist.**

Le tæ vero, ex mandato Marcellini g. relatione Anulini Proconulis ad Constantinum: Vnde ea esset accepta, rogant: rursumque & alie lenissimæ obiectiones ab eis factæ sunt. & extra omne propositum de Augustini ordinatoribus quæstionem immiscuerunt. Sed cum à Magalio Primato Numidæ se esse ordinarium respondisset; illi non habentes quod obicerent, ad alia dicerere, iusserunt que legi literas, quæ a Neruis mandaram editam à Catholicis conscripserunt, quibus probare niti sunt, penes se esse Catholicam, vt pote quod eorum assertionem negaretur Catholica esse Ecclesia, quæ ex malorum hominum admixtione constaret: ista petulanter firmantes, confutati sunt diuina Scripturæ oraculis, tum sententia Cypriani, necnon etiam suo ipsorum exemplo, cum Maximianus ante damnatos in communionem receperunt. Porro suis literis Donatistæ complura à Catholicis in mandato proposita intacta reliquerunt.

Ex his quidem Actis mutati sunt Patres fragmentum illud in Quinta Synodo recitatum in his verbis: *Exgebit, que apud Marcellinum V. C. Tribunum & Notarium acta sunt, capite CLXXXVII Augustinus Episcopus Ecclesie Catholica dixit: Neque si mali sunt, indicanda est Dei Ecclesia perisse. Sed tamen ipsorum causam tamquam fratrum nostrorum suscipimus: & si nobis ostendi poterint criminosi, hoc illos anathematizamus: non tamen propter illos Ecclesiam à Deo promissam & exhibitam deserimus & relinquimus.* hæc ubi, eandemque, pluribus quod contra Petilianum agens Augustinus sape reficit; quod totius quætionis cardo in eo verteretur, num ex peccatis hominum Ecclesia Catholica illud detrimentum patiatur, vt ipsa sancta que Catholica esse desinat. Peculiariter quæ dem illis fuit, vt confutati ad crimina quæstia calumnias se conuenterent differentes, & sic ab eis Catholicum auferre nomen ex prauis vitæ meritis conarentur: sicut & Petilianus, & alij in Augustinum fecisse videntur. Sed & id cum reliquis hæreticis commune his fuit, vt ex criminatione Episcoporum studerent demonstrare, apud eos Ecclesiam petisse: de quibus ex copia plurima suppetunt: vt cum S. Hieronymus id sepe redarguit in Rufino, qui ex criminibus in eum obiectis se defendere conabatur non esse Origenistam. Ad quod quidem penitus explodendum, præter sententiam illam Cypriani in hac à Patribus Collatione citatam, hic illa repetenda est antea Terralliani sententia: *Soli enim (inquit) Dei Filio seruebatur sine delicto permanere. Quis ergo si Episcopus si diuinus sit vidua, si vnus, si doctor, si iustus martyr lapsus à regula fuerit: ideo hæretes veritatem videbuntur obtinere? Ex personis probamus fidem, an ex fide personam? hæc Tertullianus.* sed de his superius pluribus actam est.

Quod vero ad Collationis Acta pertinet: confites tunc tandem coactos esse Donatistas, vnam esse Ecclesiam toto orbe diffusam, à qua sui interitus in eura quique separaretur, Augustinus in Epistola ad ipsos postea scripta testatur: *eamque hæc in fieri posse hominum vitæ noxia, aliis in locis idem docet pluribus Augustinus m, & contra Gaudentium n vnu in septem illis ad differendum electis; vbi ad finem: *Valde (inquit) stultum est, vt Episcopi causam, diuini testimonis fide am atque mantam, in hominum consuetudine exorbitante ponamus, &c. de quo etiam Gaudentio illud proditur, quod cum hæc ipsa Collatione conuinceretur ab Augustino, eo ind gnans blasphemie adactus est, vt exclamaret, Catholicam Ecclesiam hasanum esse signentum. Sed & vna probata Catholica in Orbe Ecclesia, cum eam in vnum conuenire capat necesse esse ostenderetur, atque ipsum primum Ecclesie caput ex successione Romanorum Pontificum in Petri cathedra demonstraretur: his illi conuicti, more suo, ad ipsos Romanos Episcopos in samandos conuersi sunt, prout citra superius Acta declarant, & ex his, quæ in superioribus tomis ex Augustino recitata sunt, demonstratur.**

Cum igitur de his esset omnis in Collatione disceptatio, & post lectas à Donatistis editas literas, Cognitoris mandato iussa essent legi scripta à Catholicis prodita: intercesserunt Donatistæ, petentes ab eisdem lectis nuper literis responderi. Sed cum illorum se responssione inrellige-

XXVII. Aug. Reg. p. d. 3. c. 17. DE ECCLIE STACATHOLICA DISPVTATIO.

XXVIII. ECCLIAM CATHOLICAM EX PRAVIS MOERIBUS NON PERIRE. Aug. contra lit. Pet. lib. 3. c. 28. Aug. contra lit. Pet. lib. 3. c. 28.

Terul. de Præscript. aduersus hæret. c. 1.

XXIX. Aug. epist. 155. in Aug. de Agost. Christi. p. 1. de vni. Eccl. in Aug. contra Gauden. lib. 10. p. 10.

XXX.

rent

Aug. Bre- uis. di. 3. c. 9. Aug. lib. 1. de. OB. ECTI- ONES RI- DICVLÆ DONATI- STARVM.

rent pergeri, crebrius obltrepando, responſionem illo- rum interrumpunt & iſtiusque crebrius Cognitore interlo- quente, ipſique Catholicis cogantibus, obtentum eſt, vt ſilenter, licet ad reſponſiones Catholicorum, aliquid ſem- per obilerent, quod ab illis fortius reſpiceretur. Cum ve- ro à caſtra deſentione penitus deſeciſſent, Marcellinus & Cognitor ad cauſam ſchiſmatis iuſſe conuerti de bere ſer- monem. Sed negantes illi, oblecterunt rursus Catholicis, quod ſeculi hominem Iudicem expectiſſent; verum id ab il- lis alias ſepius ſacturum, Catholicis probauerunt. At il- lud plane ridiculum, quod cum Catholicis incaſtarent Do- natitarum ſententiam ex eo quod nuperime eſſe & aceto Fideiſum oculis exacerallent: in quo & ſuperallent crude- litate diabolum, qui cum à Deo in Iob poteſtatem accep- ſſet, numquam quid huiusmodi perentiaſſet: illi mox oble- cere Catholicis, quod diabolus defendiſſent, quia dixi- ſſent eum ſancti Iob oculis peperciſſe: ſed & alia in eos in- culcantes, perſecutionis arguerunt.

XXXI. Aug. Bre- uis. di. 3. c. 12. 13. 14.

Acta poſt hæc Proconſularia, olim in cauſa Cæcilia- ni collecta, ſunt recitari cepta, quibus eius abſolutio pro- baretur; ſeriem ordinis interpolatis Donatiſtis, ne Cæ- ciliani abſolutio penitus appareret: obdormuerunt tamen; vrante quam Acta illa abſoluerentur, ſcripta ab ipſis pro- lata recitarentur, quibus continebantur Acta Menſurij E- piſcopi Carthaginiſis Cæcilianum prædeceſſoris, quem tra- ditionis accuſabant: addideruntque Acta Concilij Cartha- giniſis contra Cæcilianum à ſch ſmaticis celebrati, que omnia nos ſuperius ſuo loco poſuimus. Poſt hæc vero à Catholicis edita ſunt Acta Cirtenſia, quibus auctores ſchiſ- matis traditionis arguebantur. His lectis, ad intermiſſa Acta in cauſa Cæcilianæ lectio, Cognitoris iuſſa, recurrit; ſed ipſi Donatiſte ſuis ipſorum verbis & Actis contra Maximianitas ab ipſis diſcuſos conſultiſunt. Cum inter hæc illi ad friuola ſe conuertentes obiectiones, ſilitatis arguere conati ſunt Cirtenſia illa Acta, quod diem habe- rent ac Conſules; cum ex his potius illa eſſe certa veraque conuincerentur. Inouit autem Catholicis demonſtra- re, conuictam in Eccleſia, ſicut & in ſanctis Scripturis, cer- tis temporis notis eaſ relinquire conſignatas: opulque ſunt Catholicis, ex Actis ſanctorum martyrum probate, et- iam perſecutionis tempore conſueſſe Fideles in domibus priuatorum conuenire colligere; quod negarent illi colligi potuiſſe Cirtenſem illum conuentum, vbi Epifcopi au- d. res ſchiſmatis ſe tradidiſſe libros comburendos confeſ- ſerant.

XXXII. Aug. Bre- uis. di. 3. c. 7. 8. 19. 20. DONATI- STÆ SVT PROBATI- ONIBVS & CONVI- CTI.

Cum vero ex recitatis d Actis in cauſa Cæcilianæ demonſtratum eſſet, iudicatum iam eius cauſam in Concilio Romæ habito ſub Melchidae, abſolutumque Cæcilianum, damnatum vero fuiſſe Donatum: id vt effugerent Donati- ſte, aduerſus Melchidæm traditionis crimen (quod non probarent) obſistere conati ſunt: ſed & ipſi ſilitatis conuicti, & oſtenſa ſunt ratiſſima innocentia Cæcilianæ ex Con- cilio Arelatenſi ac litteris Conſtantini. Poſt hæc illi ex Optato Mileſiano non labentem cauſam reparare conati ſunt, qua- ſi Optato teſte damnato probaretur Cæcilianus: ſed cum ex eodem Optato Cæcilianæ abſolutio diſeris verbis conſcri- pta legeretur, rſum mouerunt immenſam Catholicis au- dienſium. Inde vero legendas protulerunt idem Dona- tiſte quidam Conſtantini Epiftoſas ad magiſtratus in ea cauſa conſcriptas: ſed nihil penitus, quod contra Cæcilia- num eſſet, ex eis deduci poterat: imo plura, que illas fa- uerent innocentia. Cumque adhuc pro Cæcilianæ abſolu- tione Acta ſub Proconſule Eliano ad poſtremam Catho- licæ ederent, nec quid reſponderent aduerſarij haberent, ni- ſi eadem, que ſuperius repetere & iterare; tandem placuit Cognitori, que ea Collatione facta eſſent, ſcriptis man- data, reſtaque reſtitutione probata relinquire, pronun- tians omnium documentorum manifeſtatione à Catho- licis Donatiſtas conſortatos.

XXXIII. SVB CA- BVNT A- CTIS DO- NATIST.

Sic ſigntur abſoluta Collatione, Donatiſte à Marcellino Iudice Cognitore, vt Actis eius dieſ ſubſcriberent, iuſſi ſunt. Reſponderunt illi, vt haberent, vnde calumniam ſtruer- rent; negarentque ſe dixiſſe que dixerant, & corrupta illa Acta à Cognitore ſiſſe, cauſari aliquando poſſent, ſed ru-

bore ſuſſiſi, quod ſi ab initio conuentum eſſet, vt ab vtra- que parte Acta ſubſcriberentur, ſubſcripſerunt tandem, vt S. Auguſtinus aſſertat, vbi ad eos: Hæc (inquit) verba nega- rent ſe ſente diſſeſſe ſua poſſent ſubſcriptione edam. Ecce quam diligenter altum eſt pro ſalute vſtra, vt verba noſtra ſubſcriberem- us: quod fieri omnino noluimus; & vt facerent, tandem aliquando pudore compulſi ſunt. Nam extant verba eorum, vbi hoc facere co- nſtruxerunt; & reſum alia verba; vbi hoc facere conſtruxerunt; quod primo negauerunt. Omnia ſcripta ſunt omnibus ſubſcriptum eſt. Ideo enim videtur nolle ſubſcribere, vt negare ſe poſſent dixiſſe, quod dixerant, & de Geſtu corrupti Iudicis calumniari. huciple. In hunc itaque modum conſecta atque perfectæ Acta Col- lationis, omni fide munita in publicis iuſſa ſunt conſertari archiuis ad perpetuam rerum memoriam, fidem factura poſteris, qui dnter vtramque partem fuiſſet cuiusmodi con- greſſu tranſactum.

Sed qui ſie omni probatione & ratione deſtituti, con- uicti, ac condemnati ſunt: haud acquieſcere iudicio Mar- cellini, ſed ab eius ſententia appellare; calumniantes ip- ſum à Catholicis ſiſe corruptum q; nullamque eius ſen- tentiam eſſe dicentes, quam ipſe noctu pronunciaſſet, conſumpſerunt enim in dicendo diem, & vique ad noctem Collatio illa producta fuit, cum Marcellinus in eos pro- nunciaret. In quos Auguſtinus plura, & inter alia de more Iudicium, vr ad noctem iudicium iſte proptahant, hæc ſubdit: Quis enim ferat vltos homines conuerti, quod nocte con- tra eos eſt prolata ſententia, quaſi non ſape Iudices audendi neceſ- ſitas teneat, & vſque ad multam partem noctis ſedere cogatur? obſtenditque plurius, diei tempore Acta conſecta eſſe, ſed per eos in anbus tergueſtationibus, vt diem in dicen- do conſumerent, factum eſſe, vt non extremam partem ea ſæ tandem exceperit. Vnde poſt multa b: Oſſerent frontem? ſi ſerari tenebis, noſtrum ſententiam iudicij obſerua- tes, & in ſus cordis nocte palpantes, oſtendentes, cadentes, contra nos vbi deſturgentes, & pro nobis tanta dicentes atque demum ſi nocte cauſa ſinita eſt, ſed vt nos ſinitur error. Noſte diſta eſt ſententia, ſi ſulgens lumine veritate. Sed quod idem vim ſi- bil cauſarentur iſtiam, ex eo, quod vno cõclauſi inuit con- cluſi eſſent: mox ad eos redarguendos ſic ſubdit: Inſignis & tanquam in carcere ſiſſe, conqueſti ſunt. Ibi & nos eramus. Aut vtrique facta eſt iſtiam, aut vtrique adhibita diligentiâ. Sed quomodo dicemus inuſiam, quando in tam ſiſſe & lucido & vſiſeranti loco nos ſiſſe reſoluimus? Aut quomodo erat carcer, vbi erat & Iudex? Poſtremo clauſi ſiſſe noi neſciebamus, qui ſi- mul inuſ eramus. Vnde ipſi ſerunt, niſi quaſi ſerere ſer aſſe volu- erunt? Sed qui nos videt, quod iſta inuſia & videnda partem quam reſſende de tali Cognitori non dicent, ſi pro ſua cauſa poſſent va- lidum aliquod inuenire quod dicent? hæc Auguſtinus. Inſa- per & in coſpſo calumniantes eſſe Iudicem, Poſſidius k tradit, quod ſcilicet ab eo non fuiſſent permiſſi dicere o- moia, que volebant. Quomodo autem hæc omnia contra tiſ ſcriptis conſutare Auguſtino opus fuit, dicemus anno ſequenti.

Quod autem ad eadem trium dierum Acta pertinet, non prætereat, illa non ſolum à S. Auguſtino in Breuiculo in compendium redacta, ſed etiam perentibus Severiano, & Iuliano, à Marcello Memoriali fuiſſe breuitate adhibita recentia. Quod præclarum opus in lucem haud pridem proditum Papius Maſſonius edendum curauit, iam à P. Pitæo collatum & emendatum.

Cæterum etſi per diſſimilis iſtis nebulonibus Collatio nihil atralite emolumentum, imo diſpendium, cum ex ea idem redditi ſint duriores, certe ex plebe, & ex eis, qui Cir- cumcelliones dicebantur, quamplurimos ad meliorem ſeugem reditos eſſe, idem ſanctus Auguſtinus contra Gaudetiam poſt Collationem ſcribens teſtatur his ver- bis: Quantum exiſſimas nos habere conſolationis, quod à tan- ta dementia patris Donati (vbi noi ſolum neſarie diſiſſionis error, verum etiam ſerariſe ſæ facta eſt) longe atque incomparabiliter plura millia liberantur? Neque enim iſti, qui perunt, illorum ſalu- tis numero aguntur, qui ex ipſo genere nunc ſem tenentur ordine diſiſſe; colendiſque agri, amiſſi Circumcellionum & opera & nomine, inſeruant, ſeruant caſſitatem, tenent vnitatem: quanto minus conuincantur iſti perdati numero vtriusque ſexus non ſolum

Aug. 3. c. 12. 13. 14. Aug. 3. c. 7. 8. 19. 20. Aug. 3. c. 14. Aug. 3. c. 14. XXXIV. DONATI- STE AP- PELLANT ET CALUMNIANT IP- SUM IN NOCTE PRONUNCIASSE SENTENTIAM. XXXV. DONATI- STARVM MAONA PARS RE- SIPUIT. Aug. 3. c. 14.

puerorum & puellarum, iuuenum & virginum, verum etiam con-  
iugatorum & sanum quorum innumerabile ex Donatistarum ne-  
fata diffensione in pacem Christi veram & Catholicam transeunt.  
hæc Augustinus qui & agens de Donatistis, qui erant Ca-  
sareæ in Mauritania, ista de illis habet: *Quos Donatistas in  
nomine Christi in gremium Catholicam iam magna ex parte susce-  
perunt: ita ut penè omnes conuersioni Catholice sociatos esse gen-  
deamus.* hæc ipse in Gelis cum Emerito post Colla-  
tionem.

XXVI.

His igitur Carthagine per Marcellinum toto labore  
atque studio ad finem tandem perductis: ipse Cognitor,  
cui tantum opus ab Imperatore fuerat delegatum, de om-  
nibus rebus gestis cum eodem reddidit certiorum. que vero  
ipse Honorius Augustus respiciens, quicquid fuerat eiu-  
dem Marcellini conatus, quæque sancti Augustini solertia,  
ut ex Collatione fructum colligerent, quem sperant,  
anno sequenti pro temporis ratione dicturi sumus.  
Sed & in his illud maxime obseruandum, quod Orosius  
considerat: Honorium Imperatorem ob eximium religio-  
nis exemplum, quod hoc anno exhibuit, dum vallatus  
licet atque vndique obrutus bellis, & à tyrannis oppressus,  
nihil tamen antiquitas habuit, quam Ecclesie Catholice  
consulere opportunitatibus; munifica ob id esse beneficia  
consecutum, cum ipse Deus Optimus Maximus eodem  
ferme tempore crudelissimos tyrannos Imperij inuales  
Alaricum, Constantinum, Constantem, Maximum, Iou-  
uinum, Sebastianum, Sarum, & alios cù eis simul extinxit.  
*Merito sane tanta laus est Deo (ait Orosius b) quia in his  
diebus precipiente Honorio, & adiuuante Constantio, pax & vni-  
tas per vniuersam Africanam Ecclesie Catholice redidit: & cor-  
pus Christi quod nos sumus, redintegrata diuisione, sanatum est,  
impugnata executione sancti præcepti Marcellino Tribuno, vno in pri-  
mo præditi & inulsi, omniumque studiorum bonorum apper-  
tissima hæc Orosius.*

XXXVII.

Apparuit sane quam verissimum atque certissimum  
sit, tunc Deum curare atque tueri Principum regna,  
cum ipsi Principes pro religione laborant: contra vero  
cum id negligitur, vel humana prudentia (quæ ex Apo-  
stoli sententia, Deo inimica est) in religionem peccatur,  
ipsa Imperia in deterius prolabi, penitusque consumi, quæ  
omnia (vt vidimus) in eodem Honorio breui temporis  
spatio apparere percipimus. Etenim cum primum pres-  
sus angustibus indultis hereticis atque Gentilibus Dei hosti-  
bus, vt scire absque timore legum, quam quilibet vellet  
religionem & in fidem seclerare opinionem: maxima  
hanc legem seclerata sunt mala, nempe elades Urbis & alia  
funesta, vt vidimus anno superiori. Rursus vero cum  
idem Imperator facti penitentiam eam reuocat legem, la-  
borat pro fide & vniuersæ Catholica; quam subito mutata  
reum simul est facies, & quanta hæc subsedita sunt bona:  
Absque armis perit inualor Urbis Alaricus; & qui post  
cum Gothorum capessit regnum, pro Romano Imperio  
pugnaturus in hostes conuertit hostiles acies: hæcque  
omnia hoc ipso anno, dum pro religione tanta curat  
Honorius: *Quo eodem anno (ait S. Prosper in chronico)  
Constantinus per Honorii duces, Constantium & Viphilam apud  
Arelatensem oppidum victus & captus est: cuius filium Constantem  
in Hispania regnare orsum Gerontius Comes, in Maximum quem-  
dam tyrannidem transeunt, interemerat. hæc Prosper hoc  
anno, Marcellinus vero anno superiori: sed præfata au-  
dire Prosperum, res sui temporis, & locorum, vbi ver-  
satus est, nempe in Gallis, scriptorem, quem veritatis  
affertorem ratio certo comprobatur: etenim cum constat  
supperatum ac victum Constantinum cum filio post Ala-  
rici obitum, quem hoc anno ex hac sublatum vita narra-  
uimus; nequaquam anno superiori illud potuit conti-  
gisse.*

XXXVIII.

At quam opportune collabenti penitus atque ruenti  
suppedit Deus manum Imperio? Fretus enim auxilio  
Alarici Constantinus tyrannus, vt tradit Sozomenus, ead  
inuadendum se iam accinxerat: sed audita morte Alarici  
confertatus, Arelatum se recepit. At quomodo domi-  
nans Gallis, Britannis, & Hispaniis, pollensque auxilio  
barbarorum Constantinus tyrannus cum Imperio vitam

amisit? Accidit plane secundum sacrum illud vaticinium  
Hæc d: *Concurrere faciam Aegyptios aduersus Aegyptios, cum  
tyranni atque tyrannos, quos mutuo inter  
se confecto. Honorij dux Constantinus aduersus profusus  
extinxit. Sed cunctas tunc res gestas ipse Sozomenus dil-  
ligenti narratione profecutus est: præfata igitur ipsum  
audire, neque tot tamque diuinitus hoc anno imperitia  
Honorio beneficia filio obuoluta relinquere. At enim  
hæc ipse.*

31/a. 19.

c 547 om. ibi  
e. 11.

XXXIX.  
DE CON-  
STANTI-  
NO ET  
MAXIMO  
TYRAN-  
NIS.

Interea temporis Gerontius, inter duces Constantini præcipuus,  
hostis illi factus est: & Maximum familiarum suam, quem ad tyran-  
nidem accommodatum iulicabat. Imperij ornatum induit, ac Tar-  
racone morari permisit: ipse vero aduersus Constantinum exerci-  
tum duxit eo proposito, vt in transitu eius filium Vienna, comor an-  
teus conficeret. Constantinus igitur, cum intellexisset id, quod de  
Maximo actum erat, Elricham ducem suam (quem fuisse Re-  
gem Francorum tradit t) ad viterioris Rheni partes misit, vt Fran-  
cos & Alemannos in nostrum auxilium vocaret: Constanti autem  
filio suo Vienna ac exercitum ibi ciuitatum custodiam commisit.  
At Gerontius quidem cum Arelatum castra mouisset ciuitatem op-  
pugnauit. Non multo autem post, exercitus Honorij aduersus  
tyrannum adueniente, cui præerat Constantius Imperatoris  
Valentiniani tertii huius nominis pater: statim fugit cum pau-  
cis quibusdam militibus: nancorant plurimi se Constantio coniu-  
xere.

XL.

Milites igitur in Hispania Gerontium ob fugam faciliam con-  
temptu dignum rati interficere statuerunt, & concursa facta, do-  
mum eius circumuallant. Ille vero cum Alano, vno necessario suo,  
paucisque seruis, euaculatis de spera sagittis, ultra trecentos milites  
interfecit. Sagittis tandem deficiuntibus, serui insurgunt, & clam  
se de domo illa demittentes euadunt. At Gerontius quidem,  
quantum & ipse eodem modo saluari potuerit, tamen Non nichia  
vixor amore detentus, noluit. Itaque cum milites ignem domo  
mane immisissent, nullam habens deinceps spem salutis, Alano fa-  
mulari suo volenti caput amputat, & deinde propria vxori quo-  
que lamentanti. Cui ipse cum lachrymis in gladium rogerent, ne  
potius quam in alterius potestatem perueniat, vna cum marito pe-  
rre cupienti, & manus hoc victimum ab eo imperare fugit anti. At-  
que hæc quidem mulier satis viritatis & vtilis religionis dignum  
fuit (erat enim Christiana) mortis esse, sui memoriam stabiliorum  
posteritati relinquens, quam qua oblitus se obscurari posset. Gerontius  
porro cum se terro percussisset, nec tamen vultus letale accepisset  
sensisset, euaginat gladiolo, quem semori obligatum habebat, sibi ipsi  
cor transfecit.

XLI.

CONSTAN-  
TIVS DVX  
HONORII  
QVÆ II  
BARBA-  
ROS.

Constantinus autem, circumscilente adhuc Honorij exercitu,  
obsidionem tamen sustinebat, quod illi nunciatum esset Ebo-  
dichum cum maximis suppetis aduenturum: quæ quidem res & Honorij  
quoque duces non modice terrebant, ita vt in Italiam reuert, & il-  
lic bellum experiri vellent. Atque vbi hoc statissent, quia appro-  
pinquare iam nunciabatur Ebo-  
dichus, Rhodanum fluvium trahi-  
ciunt, & Constantius secum pedem retinens aduentantem ex-  
pectat hostem, sed Viphila Constantii Præfatus haud procul isthinc  
in insulis cum equitibus latitat. Postquam igitur hostes cum exercitu  
Viphilam pertransisset, pedem iam collaturus essent cum militibus Con-  
stantii: dato signo repente prorumpit Viphila hostem à tergo inua-  
dit. Et facta statim ordinum perturbatione alii diffugiunt, alii occi-  
duntur plurimi autem postis armis, veniam precantur & misericor-  
diam consequuntur. Ebo-  
dichus autem, equo censeo fugit in agrum  
quendam ad Ecolicum, qui plurimum fuerat ab ipso consecutus olim,  
quemque Ebo-  
dichus sibi ob accepta beneficia amicum arbitrabatur.  
Atque si caput eius amputatum ducibus Honorij attulit, spe magno-  
rum munerum ac dignitatum Constantius autem caput quidem ac-  
cipi iussit, & gratias Ecolico agi Republicæ nomine, qui Viphila offi-  
cium sanctus esset. Sed cum in exercitu remanere vellet, eum excedere  
iussit, nequaquam vel sibi, vel exercitui ausum fore ratus hostis tã  
ingrati præsentem. Atque si quidem hominis amici ac hostis in eala-  
nitatem delapsi impuissimam eadem ausus, in vnum (vt dicit solet)  
hians recessit.

XLII.

CONSTAN-  
TINI TY-  
RANNI EX-  
ITVS.

Post victoriam rursus transeunt Honorij exercitu ad ciuita-  
tem: certior factus Constantinus Ebo-  
dichum esse sublatum, ipse sibi  
purpuram & Imperij insignia detrahit, & ad Ecclesiam consu-  
gens ordinatur presbyter. Tum accepto prius iuramento, qui in-  
tra mania erant, portas aperit, ac veni, qui consequuntur omnes.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



a Oros. l. 7. e. 41.

b Oros. l. 7. e. 40.

XLIII. QUANDO S. HIERONYMVS SCRIPSIT AD CRESIPHON.

XLIV. PELAGIANVS DE PRODIGIIS.

c Hier. ad Cresiph. lib. 1.

d Hier. lib. 1.

Itaque ex eo tempore provincia ista rursus ad Honorii Imperium reuerfa est. ad ductus ab illo constitutus paruit. Constantinus autem vna cum Iuliano filio in Italian transtulit, antequam eo perueniret, in itinere occiditur. Nec multo post, praeter expectationem interimitur Iouinus & Maximus tyranni praedicti, tum etiam Sarrus & alii plures cum his, qui Imperio Honorii fuerant infideli. haecenus Sozomenus. Erat autem ex his quos non nominat Imperij perducit tyrannos. Sebaianus Iouini tyranni frater: qui (inquit Orosius a) hoc scilicet, ut tyrannus moreretur, elegit. Sed & in his expendit, quam terribilis Deus in consiliis super filios hominum. Constantinus enim, qui Constantium filium iam professione monachum (ut ait Orosius b) vult creare Caesarem, eduxit e monasterio: ipse ne occideretur, compellitur cofugere ad Ecclesiam, & in itinere presbyteratus fed male vterque perit, qui Deum posthabuerunt imperio.

At migremus iam in Orientem: & S. Hieronymum pro Catholica Ecclesia aduersus Pelagianos haereticos labofantem inuifimus. Hoc namque anno, cum nondum auctoris nomine Pelagiana haereticus vulgaretur, sed eius praua dogmata quaeftionum velamentis obfurgentur, ipse sanctus Hieronymus rogatus est per epistolam a Cresiphonte, vt quaeftioni responderet: quam huius promulgatores haereticus de animi impassibilitate proponere conftituerant, posse in homine affirmatas non ipfa tantum vitia, sed affectus vicioum, omnemque radicem peccati conuelli, vt ne minimum quidem fomitis in eo reliquum efferet. Quod autem hoc anno ad eum sanctus Hieronymus epistolam illam contra Pelagianos rescripsit, argumentum illud euidens est, dum ita Pelagium ac Pelagianos est infectatus haereticos, vt tamen nullius ipsorum nomen exprellit, quod scilicet nondum eius se haereticus defensores palam profiterentur; quod sequenti anno (vt suo loco dicemus) ceptum est agi. Sed & neque ante praesentem annum eandem ad Cresiphontem a la. d. Hieronymo fuisse editam scriptiorem, quae superiori anno eodem argumento sunt recensita, demonstrant, dum egimus de Rufini obitu & eadem haereticis promulgari tacitis auctoribus captiua scilicet sanctus Hieronymus praemanibus habens lucubrations in Ezechielem, in praefationibus ad Eustochium de his agens, nihil haecenus aduersus eos se scripsisse demonstrat, meminisset vitique more suo, si adeo nobilem aduersus eos tractationem epistolarem scripsisset.

Cum hoc capitulum anno interpellatus esset a Cresiphonte ea de impassibilitate quaestione Hieronymus: et si nomina taceat Pelagij atque Caecelstij, auctores tamen, vnde ipsa haereticis dimanet, in medium profert, dum haec de schola Stoicorum deducta fuisse demonstrat, atque primum introducit per Origenem, Euagrium Ponticum, Rufinum, & alios Origenistis monachos iudicio Theophili (vt suo loco diximus) condemnatos: in quos haec ibi Hieronymus c: Pudeat ergo coeicipiani & sociorum, qui animi, posse hominem sine peccato esse, si velis, quod Graeci dicunt & a. p. 7. 7. 7. Et quia hoc Caecelstij qui per Orientem auertere non possunt, simulant se sine peccato quidem dicere, sed a. r. o. a. p. r. o. r. o. dicere non audeat: quasi aliud sit, sine peccato, aliud a. u. a. g. e. r. e. r. e. Sed & haec ipsa Manichaeis etiam esse accepta, & a Priscillanistis, quibus cum communicationis haereticis foedere & amicitia iungentur, item que cum Iouiniano heretiarum commune aliquod intercessisse, aperte demonstrat: nam ait d: Iouiniani secunda quaestio, cui ingenio discipulina est. Et quoniam ista iaudi eundem aduersus ipsum Iouinianum disputantem: Nititur secundo loco approbare, car: qui plena fide in baptismo renati sunt, a diabolo non posse subverti. ostentis autem haereticis huius antesignanis auctoribus, quos commilitones iudem hos sectantes nacti fuerint, docet, nempe miseris oneratas peccatis, leuissim cordis feminas, quibus stipata, ex more omnium haereticorum, eadem haereticis gloriose procedat, quarum princeps Pelagius & Caecelstius cognoscantur: quos licet non nominet, patriam tamen nomine, quos intelligat, exprimit, dum Britanniae tyrannorum fertilis, & Scotiae gentis meminit. Quorum vna recitata leuente, in qua haereticis barathra

coniciat sectatores, declarat his verbis e. Ipsi iudi homines tollunt orationem e. & per liberum arbitrium, non homines proprie voluntaria: sed Dei potentia facti, secessant, qui nullius ope indigent. Tolluntur & ieiunia, omnique continentia. Quid enim mihi prodest laborare, vt accipiam per indistrian: quod sensu meo factum est per se? Hoc quod dico non meum est argumentum, Vnus discipulus enim eius (nempe Caecelstius) immo iam magister & totus auditor exortat: & contra apostolum i. v. v. perditionis, per salutem mortuum, & non vt iustitiam, filioque mortuum spem de curris, sic philosophatur & disputat: si nihil ago absque Dei auxilio, & per singula opera eius est quod gesserero non ego qui laboro, sed Dei in me coronabitur auxilium, frustra que dedit arbitrii potestatem, quam implere non possum, nisi me semper adiuuerit: destruit enim voluntas, quae alterius ope indiget. Sed liberum dedit arbitrium Deus: quod alter liberum non erit, nisi fecero quod volaero. Ac per hoc ait: Aut vobis semel perestare, quae mihi data est, vt liberum seruetur arbitrium: aut si alterius ope indigeo; liberum arbitrii in me destruitur. Qui haec dicit, quomodo non excedit blasphemiam? quae haereticorum venena non superat? &c. confutatur ab eo ac locatur dilemma.

Quod vero haec Pelagius per Caecelstium, & ille per quaestiones, quid alij de his sentirent, rogans, eo modo per cuniculos in Ecclesiam haereticis intramitterent: hinc in auctorem sanctus Hieronymus g: Loquere quid crederis, patet de praedicta. Quid secreto discipulis loqueris? Qui dicit te habere arbitrii libertatem, quare non liberus quod sentis, loqueris? & paulo post. Necdum scripsi, & comminatus sum scriptorum tuorum fulmina: vt scilicet hoc timere perterritus, non audeam ora referre, & non animaduersus, idcirco nos scribere, vt vobis respondere cogamini, & aperire aliquando dicere, quod pro tempore per se & locis, vel loquimini, vel taceatis? nota vobis liberum esse negare quod semel scripseris, haec ipse; qui & quod tentauit, est aliquid: siquidem Pelagius atque Caecelstius iam palam haereticis promulgauerunt, factique sunt eius aperti propugnatores, vt ex his, quae sequenti anno dicemus, manifestus apparebit.

Consulto quidem prudenterque sanctus Hieronymus stituit, vt viscera Ecclesiae depalcens moribus, foris, quod curari posset, appareret in cute: sed & consiliis scripta haec ad Cresiphontem praemittens, sic parauit antidotum. Pestem enim monstrare, hoc ipsum est curare, ne alij eadem lue & morbi contagione laedantur. Vnde subdit. Ecclesiae victoria est, vos aperte dicere quod sentitis. Aut enim idem responduri estis quod & nos loquimur; & nos inquam eritis aduersarij, sed amici. Aut si contraria nostro dogmati dicentis: eo vincemus, quod omnes cognoscunt Ecclesiae, quod sentitis. Sententia vestra prodidisse, superasse est. Patet prima fronte blasphemiam: non necesse habet conuincere, quod sua statim professione blasphemum est, haec & alia sanctus Hieronymus, in publicum deducens latentes & sibilantes in angulo bicipitem anguem, Pelagij scilicet & Caecelstij haereticos in Ecclesiam haereticis inhanter: At de eodem sancto Hieronymo illud merito occini possit h: Ostreracate manu eius, coactus est de caetera coluber tortuosus, quem semel progressum in medium, horrendum visum sui deformitate serpentes, mox Apostolici vini Apostolicae doctrinae iaculis penitus confecere, sed de his animo sequenti.

At non vna haec tantum pestis lento insciebat tabo Fideles in Occidente, sed & Chilianum vetus error complurimum mentes intaferat. Erenim sanctus Hieronymus, quem diximus ante annum superiorum interpretaum esse Isaiam Prophetam, in praefatione ad librum decimum octauum haec de his habet, cum aduersus eos styliam exauct: Dionysio Alexandrino aduersus Millenarios scriptori duobus voluminibus respondet apostoliarum, quem non solum sine fide homines, sed & nostrorum in hac parte dicitur: plurima sequatur multitudo: vt praesagiente iam certam: quoniam in mirabilibus conuictus sit. Quibus non inuideo, si tantum amant terram vt in regno Christi terram desiderant, & post ciborum abundantiam, quaeque ac ventris ingluuiem, ea quae sub ventre sunt, querant, &c. At quoniam ex recentibus Millenariorum sententiae assertores fuerint, vnum ex eis in explanatione super Ezechielem i. d. degeit Seuerum, qui eam scriptis prodide-

c Hier. ad Cresiph. lib. 1. XLV. PELAGIANVS DE PRODIGIIS. XLVI. Hier. lib. 1. XLVII. HIERONYMVS LIB. TENTVM HAERESIM PRODUIT IN MEDIVM. XLVIII. DE ILLAENA R. I. P. L. V. A. S. H. D. C. TEMP. R. E.

cit' vt ait in dialogo, cui, Gallo, nomen impositum vt plane admiratione dignum sit hominem sancti Martini dicitur pulum, sanctique Paulini amicum inuicem, in deliramentis his infansile: cum praefertim haud ea sententia toleranda amplius videretur, quam doctissimi viri respuerent, vt sanctus Hieronymus, & illi consentiens Damasus, Gregorius Nazianzenus, atque Basilus, dum eam Apollinaris sententiam vt ridiculam & sacro Euangelio aduersariam reiecit in epistola ad Occidentales. Quod autem repugnarent & aduersarentur Milennarij Origenistis, qui nec eum humanis membris resurrectionem in futurum dicebant cunctis (vt ipse testatur) fuit incendendum sancto Hieronymo, vt media incendens via non declinaret ad dexteram, neque ad sinistram; ne, cum astrueret in resurrectione omnia in corpore fore membra, etiam vsum illorum, more Milennariorum videretur asserere; & dum negaret asserentum a Milennariis membrorum vsum, videretur cum Origenistis inuile concordiam: id ipse in praefatione ad Eustochium profertur.

Porro eiusmodi Milennariorum infamia cum vbi que iam reuerentur, & sibilis atque cachinnis a disertis deriderentur, ac pariter damnarentur; exaruerunt penitus; quod non nisi infansus atque delirus proflus haberetur, qui huiusmodi fabulis traduceretur. At non sic quidem Pelagij haeresis, quae fecundo vbi que cepit, coalere atque multiplicari cepit etenim dum in eius sectatoribus agit sanctus Hieronymus in Oriente, sanctus Augustinus in Occidente in istud ipsum opus incumbit. Nam sicut Crepiscipon epistola ad calcensibus ipsum Hieronymum excitauit a eiusdem argumenti datus ad Augustinum litteris, Hilarius ab ipso aduersus eodem errore, Syracusis in Sicilia diuulgatos, responderi petiit. nam de illis e: *Disputat ut mea membra in sanctis orationibus tuis esse dignetur, atque imperitiam nostram informare de eo, quod quidam Christiani apud Syracusas exponunt, dicentes posse esse hominem sine peccato, & mandata Deo facile custodire, si velit (absque scilicet auxilio diuinae gratiae) Infantem non baptizatum, morte praenatum non posse perire merito, quoniam sine peccato natus: Diuitem manentem in diuitiis suis, regnum Dei non posse ingredi, nisi omnia sua venderit; nec potuisse eadem posse, si forte ex ipsi diuitem fecerit Dei mandata: Non debere iurare domino: & de Eccl'ia: Que sit de qua scriptum est e. Non habuerunt eum, neque manum e.* His pulsant Augustinum Hilarius & Sicilia questionibus ex Pelagij deductis erroribus. Praefertit id quidem impigre Augustinus s ac copiose quaestiones omnibus accurateque respondens, nullam tamen de Pelagio habuit mentionem, vt ipse sub inuolucro Catholici nominis haecenus latitante uide & nos argumentum iure deducimus, hoc anno ab ipso eam ad Hilarium esse conscriptam epistolam.

Quo etiam tempore aduersus eodem errores, antequam tamen eam ad Hilarium epistolam dedisset, eodem argumento tres libros scripsit, quorum est titulus, De peccatorum meritis & remissione, deque Baptismo paruulorum: ipse enim in Retractionibus & eam se primam inscriptionem aduersus Pelagianos edidisse testatur, cum antehac sermonibus (vt ait) & colloquationibus res acta esset. Sed & quod ipsi auctores blasphemiarum adhuc latere cuperent, noluisse eos propalasse, testatur, immo & non sine honore Pelagij memisse: nam ait: *In his autem libris tacenda adhuc, arbitratu sum nomina eorum, si eos facilius posse corrigi speramus: immo etiam in tercio libro, quae est epistola, sed in libro habita: propter duos, quibus eam connectendam putauit, Pelagij ipsius nomen non sine laude aliquo posuit, quia vita eius a multis praedicabatur: & eiusdem redarguit, quae in suis scriptis non ex persona sua posuit, sed quid ab alijs dicebantur exposuit: qua tamen postea iam hereticus pertinacissima animositate defendit. haec Augustinus quibus intelligit, & illam Pelagij in dissimulando haeresim artem, dum ita haereses per quaestiones poneret, quasi ab alio aliquo ille essent propositae. Porro tertium librum, qui est epistola ad Marcellinum, ad idem ipsum inscriptum esse, qui Collationi hoc anno Cognitor praefuit, non dubium est: disertus plane vir & dilectus adhuc cupidissimus, qui non sanctum Augustinum tan-*

tum, sed & sanctum Hieronymum (vt superiore anno dictum est) ipsidem de Pelagianis erroribus pulsauerit quaestionibus. Sed vnde Augustino, vt aliquando tanquam virum probum Pelagium laudaret, eodem ipse ex sanctissimi viri Paulini Nolani Episcopi testificatione: latens enim sub monastico habitu lupus rapax, nouus Proteus pro loco & tempore atque personis sermonem mutans, cum sanctis sanctus & aequo apparere conatus est. Et sicut de Vigilantio eidem Paulino accidisse diximus, vt cum, dum adhuc tegeter pietate blasphemias, litteris ad Hieronymum datis, laudibus celebraret: ita plane de Pelagio ad sanctum Augustinum scribens, cum exultit praeconijs sanctitatis. Quamobrem idem sanctus Augustinus, cum iam Pelagus qualis esset, perspicue ob oculos omnium fuerit demonstratus; quid iam de ipso Paulinus sentiat, litteris interpellat his verbis h: *Pelagium quem credimus (vt ab illo distingueretur, qui Pelagus Tarenti dicitur) Britonem fuisse cognominatum, quod vt scimus Dei dilexerit, nouimus, nisi autem quemadmodum diligat, ignoramus. Nam & nos non solum dileximus; verum etiam diligimus eum: sed aliter nunc diligimus, aliter aliquando dileximus. Tum enim, quia nobis reuera fida videbatur: nunc autem, vt ab iniqua & aduersa gratia Dei sentire dicitur, illius misericordiae liberetur, haec Augustinus.*

Quod vero ad loca spectat, vbi Pelagus docuit, dictum est superius, ipsum in Aegypto verlatum inter monachos, quem ante omnes deploratum a Chrysothomo & Isidoro vidimus. In Occidentem vero se conferentem, in Vrbe primum quatuorundam quaestionum praetextu haeresim venena partitille, sanctus Augustinus asseruit i, vbi ait, eum diuissimae Romae vixisse, ibique in disputationibus contentionibusque verlatum, captantem vndique occasionem haeresis propagandae & propugnandae. Nam idem de eo sanctus Augustinus h: *In eu, nempie libris Confessionis, certe dixi Deo nostro (vt ipse dixi) Da quod iubes, & iube quod vis. Quae verba Pelagus Romae, cum a quodam fratre coepiscopo meo fuissent eo praesente commemorata, ferre non potuit: & contradicens aliquanto commotus, pene cum eo, qui illa commemorauerat, litigauit. haec Augustinus de Pelagio: qui Roma pulsus, in Siciliam profectus est: vnde Hilarius de eius erroribus hoc anno (vt diximus) sanctum Augustinum reddidit certorem. At de Pelagio haecenus: cetera eius acta annis singulis pro temporis ratione disposita inferius referemus.*

Hoc item anno, cum Synecius Episcopus Ptolemaidis nondum in Episcopatu annu exegisset (vt ex ipsius scriptis constat) celebrata est Synodus ibidem Ptolemaide in Pentapoli Aegypti. Cuius quidem cogendi, Episcoporum conuentus, causa illa potissimum intercessit, quod Andronicus praefectus multa crudelia in subditos, atque irreligiosa & impia aduersus Ecclesiam perpetrasset, quibus in Synodo propositis atque probatis, communi omnium sententia, dira excommunicationis poena muldatur. Ex ipse ipsa à Patribus in eum prolata sententia, qua & eius crimina enarrantur. Apparuit, ex hoc quidem iudicio, Episcoporum iuris fuisse, praesidere Praesidibus, & perperam ab eis facta corrigere Ecclesiastica auctoritate, ex impertita sibi à Deo omnium Domino potestate. Sed reddamus hic (vt apud ipsum Synecium legitur) ipsam in Synodo ab Episcopis in Andronicum sententiam dictam:

Concilium ad Episcopos I. Andronicum Berentensem mala Pentapolis sorte & naturam & educationem & anctum, & qui principatum eius, quae ipsum protulit, emitt. neque potest quis, neque vocet Christianum: sed velut quem excedat Deus, ab omni Ecclesia, ab omnibus locis & locum expellatur. Non quod fuerit Pentapolis extrema plaga, post terra motum, post locustam, post pestem, post regem, post bellum reliquias illorum diligenter persecutus, ab iuribus generibus & figuris instrumentorum per ipsum primum in regem emittatus, immo (vt rectius dicam) per ipsum solum vsparatus, nonnumquam digitalis & pedalis tormento, pralo, nassiforope, auribus apprehendendus & labijs obsequendus parato instrumentum quorum quod maiores nostri & experientiam & conspectum bello

LI. PELAGIUS ALIQVANDO AVGVSTINO ET PAVLINO CARVS.

LII. PELAGIUS ROMAE PRO HARESI LABORAT. Aug. de peccato orig. c. 22.

K. Aug. de anno persul. l. 2. cap. 10.

LIII. SYNODVS PTOLEMAIDENSIS IN LYBIA.

LIV. Ad Synodum SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS IN ANDRONICVM.



ANDRONICVS SCELESTISSIMVS.

amiserunt. & male seruati beati predicati sunt. Nam ob hoc (inquam) expellatur: sed quod prius apud nos & solus & reipsa & verbis in Christum conuicta iactant. Re ipsa quidem & factis, quod scribis Ecclesie sue edicta affixit; his quidem, qui ab ipso in- turia affecti sunt, ad tutam mensam excludendi supplicatio- nem: sacerdotibus autem Dei ea minatus, que etiam Phalaris Agri- gentinus, & Caphron Aegyptius, & Sennacherib Babiloni- veritus fuisse, qui misit Iherosalem improperare Ezechia & Deo.

LV.

Illam ego diem secundam Dei crucem tulisse sentio. Nam in opprobrium Christi libellus ille conuictus plenus de sacris scribis pe- pendit: & hoc insperat Sol, & legerunt homines, non Tiberio Claudio Republicam administrante, a quo Pilatus ad Iudeorum principatum missus est, sed pia Theodosii sobole Romanorum scepra tenente, a qua sibi ipsi principatum comparasse Andronicum ex Pilati astitit, animaduersum est. Rhum mouebant preterenti- bus, qui ex alia secta essent, ille litera, quemadmodum Iudei ea, que cruci Christi adscripta fuerant: quamquam crucis inscriptio non ex pia voluntate profecta, angusta esset indictione, per quam Christus Rex denunciabatur. At hic lingua sententie consentie- bat.

LVI.

Verum que post hoc deserviant, gratiora sunt his, que publi- ce affixis literis notantur: Cum enim quendam contra inimicum occasionem reperisset (inimicitia enim erat ipsi, quod ille quidem neptias parabat, hic autem prohibeat) tam horrendum ipsum tor- mentorum instrumentis torquebat, vt optarem ad posteritatem non tradi, sed cum ipso scitu scaperent, desinere: quo hac prin- cipatu Andronici commenta narratione solam ad posterum perfo- rantur. Postquam igitur vir generosus, non iniurius, sed infelix per illa torquebatur, & hac in clarissima mercede fuerit, vt solum li- teribus rebus periret: & nosset, fore vt Ecclesia consolaretur, ob nul- lam sibi aliam causam, sed quod se cogita, statim ita vt parati essemus, excurrebamus, quo asperemus, & calamitatem simul perferemus: talis corripitur in hanc sententiam, si qui Episcopus mi- sereri audeat hominis ipsi infelisi: & multo ac iniquitatem iactatulo, aulacissimo ex ministris Tonanti \* ipso insigante, que ritur ad publicas calamitates instrumento, finem insanie pos- suit: maxime impiam vocem prolocutus: Quod frustra in Ecclesia sperasset, & nullus Andronici manus effugere posset, etiam si ipse Christi peccati teneret. Hanc vocem ter innotuita mente pronuncia- uit.

\*Thoante

Postquam non amplius admonendus est homo, sed velut in- sanabile membrum, a nobis rescandus: vt ne societate, etiam id, quod sanum est, simul corrumperet (nam inquinamentum facile distri- buitur: & qui angu scelsissimum, participi sit reatus ipse: oportet autem & mente & corpore puro Deo esse) Propter hoc Ptolemæus Ecclesia ad omnes vbiq; terrarum fores suos hac demandat, Andronico & suis, Tonanti & suis nullum templum Dei aperitur: omnia sacer carius, omnia sacrum templum conclusum sit. Non est diabolo portio in Paradiso. Quæ etiam si clandestine ingressus fue- rit expellatur. Admonico igitur & prinatum quemque & Prin- cipem, vt neque sub eodem tecto cum ipso habitet, neque eadem mensa participet. Sacerdotes autem precipue admonet scilicet, qui ne- que viuentes ipsos alloquantur, neque mortuos simul deducant. Si vero quis velut parua ciuitati Ecclesiam reprobarit, & excommuni- catus ab ipsa susceperit, veluti necesse non sit pauperi obedire: is citat, se scindere Ecclesiam, quam vnâ Christum esse vult. Tali autem sine Lexita est, siue presbyter, siue Episcopus, a nobis in Andronici sorte locabitur, & neque portum ipsi dextera, neque vnquam de eadem mensa cum ipso cibum capiemus. Multum autem abest, vt in arcano mysterio communionem habituri simus cum his, qui cum An- dronico & Tonante sortem habere voluerunt. Hactenus verba sententie excommunicationis ab Episcopis in eos prola- ta: inter quos Synesius principem locum tenebat, ipsi Ecclesie metropolitana prefectus Anthes, totius huius o- peris sapientissimus archidectus: qui simulq; Episcopus factus est, super philosophicam constantiam sacerdotalem in- diuens vigorem ac robur, se ad iura danda Principibus, & ad subiciendos Ecclesiasticos eos censuræ a Deo electis esse cognouit, in iura Hieremia, ad quem Dominus a: Constitui te super Reges & Principes: bellabunt aduersum te, & non prouale- bunt. Est epistola ciuitatis Synesij Episcopi ad Anastasium b de eiusdem Andronici sceleribus, quam breuitatis causa his atexte prætermittimus.

LVII.

Postquam non amplius admonendus est homo, sed velut in- sanabile membrum, a nobis rescandus: vt ne societate, etiam id, quod sanum est, simul corrumperet (nam inquinamentum facile distri- buitur: & qui angu scelsissimum, participi sit reatus ipse: oportet autem & mente & corpore puro Deo esse) Propter hoc Ptolemæus Ecclesia ad omnes vbiq; terrarum fores suos hac demandat, Andronico & suis, Tonanti & suis nullum templum Dei aperitur: omnia sacer carius, omnia sacrum templum conclusum sit. Non est diabolo portio in Paradiso. Quæ etiam si clandestine ingressus fue- rit expellatur. Admonico igitur & prinatum quemque & Prin- cipem, vt neque sub eodem tecto cum ipso habitet, neque eadem mensa participet. Sacerdotes autem precipue admonet scilicet, qui ne- que viuentes ipsos alloquantur, neque mortuos simul deducant. Si vero quis velut parua ciuitati Ecclesiam reprobarit, & excommuni- catus ab ipsa susceperit, veluti necesse non sit pauperi obedire: is citat, se scindere Ecclesiam, quam vnâ Christum esse vult. Tali autem sine Lexita est, siue presbyter, siue Episcopus, a nobis in Andronici sorte locabitur, & neque portum ipsi dextera, neque vnquam de eadem mensa cum ipso cibum capiemus. Multum autem abest, vt in arcano mysterio communionem habituri simus cum his, qui cum An- dronico & Tonante sortem habere voluerunt. Hactenus verba sententie excommunicationis ab Episcopis in eos prola- ta: inter quos Synesius principem locum tenebat, ipsi Ecclesie metropolitana prefectus Anthes, totius huius o- peris sapientissimus archidectus: qui simulq; Episcopus factus est, super philosophicam constantiam sacerdotalem in- diuens vigorem ac robur, se ad iura danda Principibus, & ad subiciendos Ecclesiasticos eos censuræ a Deo electis esse cognouit, in iura Hieremia, ad quem Dominus a: Constitui te super Reges & Principes: bellabunt aduersum te, & non prouale- bunt. Est epistola ciuitatis Synesij Episcopi ad Anastasium b de eiusdem Andronici sceleribus, quam breuitatis causa his atexte prætermittimus.

a Hier. r.

b Synesij ep. 79.

At quid post hæc Andronicus, homo arrogans, crude- lis in homines, in Ecclesiam contumeliosus, & in ipsum quoque Deum blasphemus: Quia inquam, post acceptam excommunicationis sententiam, qua a personis, locis & re- bus factis esse exclusus, & infamis effectus: Contemp- tire, rursus isthæc mens tumens, arrogans animus, durum ingnium a recto semper reflexa, & ad bonum nunquam flexa voluntas? Num & crudelius seuit, ac ferocius (vt appetitus iaculis leo) influit, & crudelis debacchatus est in damnantes eum Episcopos, & fores effregit Ecclesie? minime gentium, sed (o mirandum!) simulac sensit? Apostolica censura in interitum carnis datum Satanae yn- de letale vulnus accepit, inde quoque expetit medicinam; redditur fera bestia cicuris, lambit vestigia Domini sui, tamque festinè, vt datas præueniens litteras, conuen- nit Episcopos, qui pro peccatis veniant a Synesio: Qui cum nosset hominem, timeretque, ne hæc fortis tantum specie tenus Andronicus præferret; inflatam non ante relaxauit penam; quam ipse plenè satisfacturum fore polliceretur. Vides eiusmodi exemplo lector, quo litu habendi, & loco collocandi sint, & quam longe post Andronicum statueris, qui anathematis sententia ob- patra scelera ab Episcopis ad flutem percussit, negligunt illam atque contemunt. Sed reddamus hic eiusdem Synesij ad Episcopos litteras, quibus & Andronici peniten- tia tunc saltem fortis exhibita demonstratur, sic enim se ha- bent.

Synesius Episcopus e. Andronicus Ecclesiam mentitus, ipsam ve- ra loquentem experitur. Nuper, nondum valde nuper peccauit in Deum, violauit homines: quapropter conclusa ipsi apud nos Eccle- sia, litteras ad fraternitatem vestram distulimus, sententiam de ipso significantes. At ille epistolam precenit supplicatione simula- ta, & penitentia promissa, quam omnes me suscipere debebant, præter me. Ego enim videbar mihi clare cognouisse hominem ad omnia dicenda & facienda facilem. Et expectabam & prædic- bam, quod ex vidgari causa ad naturam reuersurus esset: quem sa- ne par erat timidorem fore, vbi coram Ecclesia innotuit fuisse, multo magis quam si nihil suspitioni ipsi relinqueretur. Propter hæc piequem in sententia persuecere proposueram, velut qui simul & erga Deum magis pius & erga ciues magis vtile consilium inuisum, hu- qui in sacerdotio vitam consumperunt, cum qui superiori anno non- dum veni attingit. Cæteris rogantibus, vt nondum litteras circummitteret, sed certis conditionibus susceperem, vt non amplius in saure contra e- quales, vt mentem ac intelligentiam præ affectione vita præferret. Si quidem inquam intra terminis manebis, quos posuisti: & nunc pro peccato tuo precabimur, & de cæteris comprecabimur. Si vero pædas conditiones recusatueris, pæna remanet, & ad omnes publicabitur, in tantum tempus producta, quantum ad inmendabiles mores tuos re- largiendos sufficit.

Hæc ita placuerunt: & ipse experimentum se daturum dixit. Et nos idem sumptuosos esse. Debit & sumptuosus: Legeris in super explicit excommunicationis causa: nondum tunc ausus erat honorum pro- scriptionem, nondum adhuc eadem aggressus erat. Quot per hæc ober- rant? Quot ex his, qui nuper opulenti erant, per hæc inopes degunt? Sed pauca hæc ad bene ac illustri loco natura, sed male per dictum Magnium. Lacer filius viri illustri, qui omnibus suis bonis inferuuit ciuitati. Verum inuicem illius, matris senecta miserabilis est, eo quod ex duobus filiis alter fuga lapsus est propter Andronicum, & nec, nouit, vbi terrarum sit, alterum vbi in terram condidit, nouit. Hæc leges que simul inuicem affligunt, propter imperium obiment sua ipsorum ci- uilitatis, præter quas ob principatum pecunias ad vsum accipiunt. Horum igitur alios curatores Deo esse vult: nobis autem satis est, pu- ros esse inter potius, si modo possimus intra cancelli sacri manere, & ab impuris purissime occludere. Hactenus ad Episcopos Synesius.

At quam nam Andronico iniunxit Synesius peniten- tiam, & ab homine ob delicta perpetrata satisfactionem exegit? inter alia illud quidem, quod maximum omnium affirmari debet, dum eum a tribunali deposuit, in quod in Deum & homines multa deliquerat. Quanta hæc auctori- tas Episcoporum, vt male iudicantes Præfides cessare im- peret? Id enim affirmat ipse Synesius in breui epistola de eo data ad Theophilum Episcopum Alexandrinum, hoc

LVIII. ANDRONICI PENITENTIA.

LIX. e Synesij ep. 72. SYNESII EPISTOLA DE ANDRONICI PENITENTIA.

LX.

LXI.

ipso anno, nam sequentem cognovit ipsum Theophilum non amplius in humanis esse. Epistola autem sic se habet, cum Andronicum eidem ipse commendat.

**LXII.** **SINESII**  
**EPISTOLA**  
**AD THEO-**  
**PHILUM**  
**DE ANDRO-**  
**NICO.**  
  
**Eugr. lib.**  
**1. 13.**  
  
**LXIII.**  
**Soph. Prax.**  
**lib. 1. cap. 19.**  
  
**DEVA-**  
**GRIO PHI-**  
**LOSOPHO**  
**AD FIDEM**  
**PERDU-**  
**CTO.**  
  
**LXIV.**  
  
**LXV.**  
**MIRACU-**  
**LUM DE**  
**SYDSCHEP-**  
**TO CHIRO-**  
**GRAPHIO.**

Perit infamia hominibus. Andronicus & prius iniuria affectis, & nunc iniuria affectis. Ecclesia vero non est, exaltare quidem humanum humilitate vera sustinuit. Non itaque Andronicum odisti quidem ob ea, quae fecit, quare etiam progressus est, ut ad hoc de-derit. Mittere autem nunc ob id, quod cum his, qui in excommunicatione sunt, conuersatus est: nam & eos, qui nunc in potestate sunt, propter ipsam offendimus, ut horrendum est, si nunquam infelicibus consisteremus, sed cum sanctis semper laetari volumus. Nos igitur hic ipsum tribuisti excommunicationi, & de cetero multo pauciores calamitates ipsi fecimus. Et si fuerit tu ipsam curam dignum dicit, hoc ego maxime signum suscipiam, quod non penitus homo ille reprobus sit a Deo. Hucusque ad Theophilum Synesius, cuius Episcopalis functio antiquorum sententis commendatur: inter alios enim Euagrius a hac de eo: Quam autem & quam eximus vir eius, et argumenta sunt tui epistola ab eo post sacerdotium susceptionem elegit, & vna est composita, tum liber ille, quem dedicauit Theodosio, tum alia praedicta illius, quae extant in lucubrationibus hanc Euagrius. Apparet enim ex his, Synesium philosophum ad Ecclesiam venientem, non tantum (quod auit) barbam & pallium inualisse, sed sacerdotium constanti & vigilantia ita sibi creditam Ecclesiam gubernasse, ut neophytus licet tamen femores exemplo docuerit.

**EGO EVAGRIUS PHILOSOPHVS TIBI SANCTIS-**  
**SIMO DOMINO SYNESIO EPISCOPO SALVEM.**  
**ACCEPI DEBITVM IN HIS LITERIS MANY TVA CON-**  
**SCRIPTVM, SA ISFACTVMQVE MIHI EST, ET NVLLVM**  
**CONTRA TE HABEO IVS PROPTER AVRVM QVOD DE-**  
**DI TIBI ET PER TE CHRISTO DEO ET SALVATORI**  
**NOSTRO.**

Qui vero conueniant, hoc videntes, obstupueram. & per multas horas clamauerunt. & yre ditione glorificantes Deum, qui facit inuincibilia, & talem tantamque promissionem suam non euentiam dat feruus sui. Affectus & hoc idem Dominus Leontius, cautionem illam manu philosophi suscipere, et seruati vsq; hodie, atq; in sacro sancta Cyrenensis Ecclesia custodiri. & quicunq; sacrari custodis ingrederetur, hanc illi cum cetera vasa sacra assignari custodiendam cum omni diligentia, atq; cum deinceps successoris suo integram illam inuoluet, atque reconseruare haec tunc Sophronius ex Leontio de Synesio & Euagr. 10.

Hic autem memoria repetenda sunt, quae secundo Anathalium tomo ex Clemente Alexandrino, sancto Augustino, & aliis dicta sunt: philosophiam, licet in multis aduersari videatur Christianae religioni, conducere tamen plurimum ad eandem capessendam: quod quamplurimis exemplis quaeque tempora demonstrarunt, quibus singulis celeberrimi philosophorum Christo nomen dedere: ex eis vero illos tantum refulisse constat, quos magis, vel vite turpitudine ingenioque mentis tumor, vel alii perditii mores labefactarent. Quos enim veriamantes philosophia sume vulgo abreptos alios subleuaret, vitaque sapientiae consona comprobaret, non desperit Deus, sed caelesti desuper lumine, quo fidei sacramenta perciperent, illustrauit, ut modo de Synesio & Euagr. vidimus: quibus accedant, quae & hoc eodem tempore de Gennadio rerum naturalium scientia apprime imbuto, de immortalitate animae dubitante, S. Augustinus accidisse testatur his verbis, ad Euodiam scribens:

**FRATER NOSTER GENNADIUS, NOTISSIME FERVO OMNIBUS, NOBISQ; CARIS-**  
**SIMUS MEDICVS, QUI NUNC APUD CARTHAGINEM DEGIT: & ROMA SVA ARTIS**  
**EXERCITATIONE PRAPOLIUIT: VI HOMINEM RELIGIOSUM NOSTRI, ATQUE ERGA**  
**PAUPERVM CURAM IMPUGNA MISERICORDIA, FACILITATE, ANIMO BENIGNIS-**  
**SIMAM DUBITABA TAMEN ALIQUANDO (VI MODO NOBIS RETULIT) CUM AD-**  
**HUC ESSET ADOLESCENS & IN HUIUS ELEGISSIMVS SEUENTISSIMVS, VTRVM ES-**  
**SET VLLA VITA POST MORTEM. HUIUS igitur MENTEM & OPERA MISERICORDIAE**  
**QUANTAM DEVS NULO MODO DESERERET, APPARUIT ILLI IN SOMNIO CONFUSIS**  
**INVENIS & DIGNIS INTENDI, VIG. DECI: SEQUERE ME. QUAM DAM SE-**  
**QUERETUR, VENIT AD QUANDAM CIVITATEM, VBI AUDIRE COEPTI A DEXTERA**  
**PARTI SONVS SANCTISSIME CARITLIS, VITAE SOLITAE MORTISQ; IUVANTATEM.**  
**TUNC INTENTO, QUIDAM ESSET, HYMNOS ESSE BEATORVM ATQ; SANCTO-**  
**RVM. SINISTRA AUTEM PARTE QVIA SE VIGILANTISSIMVS, NON FATIS MEMINI. E-**  
**VOGILAVIT, & SOMNIUM FUGIT, TANTVMQ; DE ILLO, QUANTVM DE SOMNO CO-**  
**GITAVIT. ALIA VERO NOCTE ECCE IDEM SPUSUS EIVS EIVS RURSUS APPARUIT,**  
**ATQ; AB ILLO VTRVM COGNOSCEREM, INTEROGAVIT. RESPONDIT ISTE, QVOD CUM**  
**BENE PLANEQ; COGNOSCEM. TUNC ILLE QUAEVIT, VBI SE VOSET, DIC MEMORIA**  
**DEPUT, QVIA ISTE IDEM RESPONDERIT: TOTVMQ; VTRVM ILLUD, HYMNOS**  
**QUE SANCTORVM, AD QUOS INVOCANDOS CO DUCE VENERAT, QUA RECENTIS-**  
**SIMOS RECORDABATUR, FACILITATE NARRAVIT. HIC ILLE PERCONTATUS EST: VTRVM**  
**NAM ID, QVOD NARRAVIT, IN SOMNIO VIDERET, AN VIGILANS? RESPONDIT,**  
**IN SOMNIO. AT ILLE: BENE INQUI, RECOLIS. VERVM EST, IN SOMNIO ILLA**

**LXVI.**  
  
**LXVII.**  
  
**PHILOSOPHI QVI FI-**  
**DEM CHRI-**  
**STIANAM**  
**CONSEQVI**  
**DIGNIHA-**  
**BITI.**  
  
**Aug. 11. 10.**  
**LXVIII.**  
**GENNA-**  
**DIVS QVO-**  
**MODO ANI-**  
**MAE IM-**  
**MORTALI-**  
**TATEM IN-**  
**DOCVIS.**



vististi : sed nunc etiam in somnis te videre scias. Hæc cum audisset iste. ita esse credidit. atque id responsione firmavit. Tunc qui hominem docebat. adiecit. & ait. v. b. est modo corpus tuum & ille respondit. in cubiculo meo. Scisne (inquit ille) in eodem corpore nunc illegari esse & clausos. & utrisque oculos tuos. nihilque illi oculis te videre respondit. Scio. Tunc ille. Qui sunt ergo (inquit) isti oculi. quibus me vides? Ad hoc ille non inueniens quid responderet. oblitiscit. Cui habuit ante ille quod hinc interrogatoriū docere molebat. aperuit. & continuo. Sic ut (inquit) illi oculi carnis tue. vix in dormiente atque in lectulo iacente nunc vacant. nec aliquid operantur. & tamen sunt isti. quibus me intueri. & ista veteri visione. ita cum defunctus fueris. nihil agentibus oculis carnis tue. vita tibi inveniet. quia vivas. sensibus. quo sentias. Cave deinceps ne dubites vitam manere post mortem. Ita sibi homo fidelis ablatam dicit huius rei dubitationem : Quo docente. nisi promptissima & misericordia Dei vrbæ qui sic naturali exemplo instructus est. ut mente cœlestis fulgore gratis illuminatus. & claritate in claritate transformatus sit (vt ait Apostolus) tanquam à Spiritu Domini.

a 1. Cor. 1.  
 LXIX.  
 b Luc. 11.

Sed quod in his versetur oratio. patet quæso. lector. vt exemplo Evangelici patris familias. qui profert detestatio suo noua & vetera. veteribus recentia coniungamus erit enim. vt ex his. quæ breuiter dicti sumus. magnam capias animi voluptatem. Namque in explorata refectam. sed quæ complurium eruditorum virorum seminis assertione firmata. immo & à religiosis viris ad populam pro concione sæpè narrata. Ego vero à quo accipi. auctorem profertur. nempe integerrime fidei virum. Michaelem Mercatum Miniatensem S. R. E. Protonotarium. probitate morum atque doctrina spectatum : ipse enim narrauit de auro suo. eodem quo ipse nomine nuncupato. Michaele Mercato Seniore. cui cuf. Marfilio Ficino nobilissimi ingenij viro summa intercedebat amicitia consuetudo. parta & aucta philosophicis facultatibus. in quibus Platonem ambo asseclabantur auctorem. Accidit autem aliquando. vt ex more. quidnam post obitum super sit homini. ex eiusdem Platonis sententia. sed non sine tamen trepidatione deducere. quæ labantia Christiana fidei sacramentis susculienda essent : eo enim argumento extat eiusdem Marfilij ad ipsum Michaelem Mercatum erudita quidem epistola. de animi & Dei immortalitate. Cum vero inter differendum eorum progressu longius fuisset disputatio. eam ad calcem perductam illo clausurunt corollario. vt iuncta simul dextera pacti fuerint. vter eorum ex hac vita prior decederet (si liceret) alterum de alterius vite statu redderet certiorum. In quibus inter se conuentis. ambo irata ab inuicem discesserunt. Inter lapso autem leud breui temporis spatio. euenit. vt cum summo mane idem Michael Senior in philosophicis speculationibus vigilaret : ex inopinato strepitum velociter currentis equi. eiusdemque ad ostium domus cursurum sistentis audiret. vocemque simul Marfilij clamantis : O Michael. o Michael. vera. vera sunt illa. Ad vocem amici Michael admiratus. assurgens. fenestramque aperiens. quæ in audierat. vidit post terga. ad. cursurum iterum actò equo candido. candidatum : profectus & oculis. sed ab eis etiam vitæ. Sic ipse noui casus stupore affectus. quid de Marfilio Ficino esset. sollicitius perquirendum curauit (degebat ille Florentia. vbi diem clausit extremum) inuenitque eundem illa ipsa hora defunctum. quæ eo modo auditis & visus est sibi. Quod tum ipse licet enim antiquæ probitatis vir esset innoxiamque & proficuum omnibus vitam hæc tenis excoluisset (prout decebat vere philosophum) ex eo tamen tempore. vale dicens philosophicis disciplinis. solius Christianæ philosophiæ ceteris eminentioris propensior cultor effectus. quod reliquum fuit temporis. mundo defunctus. soli vite futuri vixit. specimen edens absolutissimi omnibus numeris Christiani. qui inter philosophos fuit temporis magna cum laude clauerat nulli secundus. Ad hæc autem. Synesij. Euaērij. & Gennadij occasione digressi sumus. ad declarandum non à Deo despectos vere philosophos.

LXX.  
 c Suid. in  
 Synes.

Numerat Suidas & Synesij laudationes. sed quas ante

Episcopatum elaborauit. ad grammaticam & philosophiam spectantes. necnon Pædagogicas orationes. inter quas in laudem Theodotij dictam Euaērij tenent orationem. de Regno ad Arcadium. de Studiorum formatione. de Prouidentia. de Informis. de Calmitte & alia plura que non exstant. Scripsit præterea libros venustioris. ipse de seclatitatis. necnon commentarium de Instrumento Astronomico. vt ad Orum ipse scribens asseruat. Quamdiu autem sedebit. ignotatur. Porro post eius obitum in Ecclesiam Ptolemaidis Pentapolis reperit subrogatus eius germanus Euaērij. ad quem eiusdem Synesij extant literæ. quarum ante suo loco meminimus. Ad quem quidem Euaērij. vitum perierunt. extat scriptio illa S. Cyrilli contra reprehensionem Theodorij. At de Synesio hæc tenent. iam vero quæ sunt anni huius reliqua. prosequamur.

d Syn. 114.  
 e Syn. 117.

Hoc item anno. defuncto Alexandro Episcopo Antiocheno. cum sedisset annos ferme quatuor. in locum eius subrogatus est Theodotus. Id vt affirmemus in primis admonet literæ Artici Constantinopolitani Episcopi datæ anno sequenti ad Cyrillum Episcopum Alexandrinum. cum successit in locū Theophili anno sequenti vita functi in quibus de ipso Theodoro. iam Episcopo Antiocheno mentio habetur. Vnde intelligas. eos errare. qui ad Bonifacij Papæ tempora Alexandri vitam perducunt. Porro de Theodoro hæc Theodoretus : Alexandri vita defuncto. Theodotus continentia velut margarita. Ecclesie profulum obtinuit. vir mansuetudine infinis. & accurata vita iustitiam egregie exornatus. qui seclatam Apollinarianam. oratam vt se cum reliquo Christi grege iungeret. ceteris Ecclesiis omnibus se gerens. hæc de Theodoro Theodoretus. satis que ad eius laudem.

LXXI.  
 THEODO-  
 TVS EPI-  
 SCOPVS  
 ANTIO-  
 CHENSIS.

Theod. 11.  
 57.

IES V CHRISTI  
 Annus 412.

INNOCENTII PAP. HONOR. 18.  
 ANNI II. THEOD. 5. IMP.

QUADRINGENTESIMVS duodecimus annus. duobus Augustis Consulibus. Honorio nonum & Theodosio quintum. deletis epæ diuina tyrannis. feliciter inchosatur. Cuius primo mensis idem Honorius. quod primum ad Christianam religionem spectare sciebat. quia nihil antiquius habuit. oblitatos animo Donatistas illos. qui post eucdam in proxima Collatione à Catholicis causam adhuc in schismate pertinaciter remanerent. diuersis penis. dato rescripto. multauit. atque primum Ecclesias. ac cetera earum bona illis indulgentia Principis anno superiori ante Collationem ad demulcendum eorum animos reddita. Catholicis restituenda esse præcepit : laicos insuper pecuniariis penis pro conditione cuiusque punitionis. dato rescripto. interrogavit : illis que legatis. Catholicæ Ecclesie deberi præcepit. Sed reddamus hic ipsum rescriptum ad Seleucum Præfectum Prætorio datum. non nihil tamen antiquitatis casie deprauatum. sic enim se habet :

I.  
 HONORI-  
 PIETAS.

g l. 1. de  
 c. Theo.  
 II.  
 RESCRI-  
 PTVM CON-  
 TRADONA-  
 TIVITAS.

Casari que pragmatici. vel adnotatione manus nostre potuerint imparrari. & manentibus his. que etiam dudum super hoc defuncta sunt : & veterum Principum sanctione seruata. nisi ex die prelati legi omnes Dionatistæ tam sacerdotibus. quam clericis. Latet que Catholicis. ea. que sacrilege desinere. reddiderunt. tum in laicos singulatim pena. nomine Viso nostro auri pondus quinquaginta. cogitur inferre. Spectabiles auri pondus quatuoraginta. Seniores auri pondus triginta. Clarissimi pondus viginti. Sacerdotes auri pondus triginta. Principales auri pondus viginti. Decorati auri pondus quinque. Negotatores auri pondus quinque. Plebei auri pondus quinque. Circa uestitionis argenti pondus decem : Quia si a condictionibus. sub quibus committunt. vel procuratoribus exercatori exigendi fuerint presentati. nisi teneantur ad ponem. ita vt nec

deum